





1744.

1. Erber, Joannes Georgius: De adparatu et iustitia
in nuptiarum vulgo sussteneri propter
dotem in pactis dotalibus promisso ejus-
que jure, quum maritus fore cecit.
2. Erber, Joan. Georgius: De probatione nobilitatis
civilis et veteri et hodierna ab illis potissi-
mum qui dignitatem ecclesiasticam appe-
hant expedienda.
3. Erber, Joannes Georgius: De jure ordinum
imperii decorandi honoribus militariibus.
4. Erber, Joannes Georgius: De lubrico jure jurandi
Indaeorum. . . . 2 Sampl. 1744:1746.
5. Erber, Joannes Georgius: De investitura sine
litteris investiturae. 2 Sampl. 1744:1746
6. Behren, Richard Richard von: De rehabilitatione
in integrum contra sententias summorum imperii
tribunaliu in specie condus & excelli consilii

Imperialis Aulici processuum appellatiois Veneta
Toria

1744

7. Koenig, Ioan. Carolus: De parentibus inter
liberos disponentibus eorumque iuribus.
8. Puetters, Ioannes Stephanus: Institutio de praes-
criptione atque inde nata praescriptione fori
tam generalis, tum in specie, quod et digestissima
imperiali Tribunalia attinet.
9. Schaeffer, Henricus: De collisione patetiva
legum divinarum cum et civilium de moderacione
in culpatae tutelae agentium.
10. Schroeder, Ioannes Wilhelmus: De iuribus mulierum
in concursu creditorum ratione dotis et fidei
11. Wunderlich, Ioannes: De eo, quod iustum est et ca-
lum, qui sponte se offerit in iure.

ega

er

e.

i

n

al

us

t

)



Supplementum ad processum appellacionis
Terra

184

7. Koenig, Joann. Carolus: Repertorium sive
librorum theologicarum usumque juris


8. Pulteney, Thom. Baptista: Libellus de p[ro]p[ri]e
vultu et alijs in de mate p[ro]p[ri]e p[ro]p[ri]e p[ro]p[ri]e p[ro]p[ri]e
hinc p[ro]p[ri]e hinc in specie, quod et de p[ro]p[ri]e p[ro]p[ri]e
regni submissa attinet.

9. Schuffler, Thom. Collectio p[ro]p[ri]e p[ro]p[ri]e
legum servanda in et vultu de materia
in et p[ro]p[ri]e submissa attinet.

10. Sacerdos, Joann. de t[er]ra et p[ro]p[ri]e p[ro]p[ri]e
de t[er]ra et p[ro]p[ri]e p[ro]p[ri]e p[ro]p[ri]e p[ro]p[ri]e
hinc p[ro]p[ri]e hinc in specie, quod et de p[ro]p[ri]e p[ro]p[ri]e
hinc p[ro]p[ri]e hinc in specie, quod et de p[ro]p[ri]e p[ro]p[ri]e







Fr. 50. num. 6. ~~27. 2237~~
9
1747

29

DISSERTATIO JURIDICA
DE
PARENTIBUS
INTER
LIBEROS DISPONENTIBUS
EORUMQUE JURIBUS

P. 288.

QUAM
SUB AUSPICIIS
RECTORIS ACADEMIÆ MAGNIFICENTISSIMI
SERENISSIMI ATQUE CELSISSIMI PRINCIPIS
AC DOMINI

DOMINI FRIDERICI
HASSIARUM LANDGRAVII RELIQ.

PRO LOCO
ACADEMIÆ PROCERUM EXAMINI
SUBMITTIT

JOANN. CAROLUS KÆNIG
DOCTOR ET PROFESSOR PUBLICUS ORDINARIUS

RESPONDENTE
JOANNE JACOBO ROMERSHAUSEN
HASSO - CASSELLANO

D. V. MARTII A. S. R. MDCCXLIV.



MARBURGI CATTORUM
TYPIS PHIL. CASIMIRI MULLERI ACAD. TYPOGR.

DISSENTIO JURIDICA
PARENTIBUS
IN LIBEROS
LIBEROS DISPONENTIBUS
FORUMQUE JURIS

ACADEMIE MAGISTRALISSIMAE
HASSIAE ET SACCIAE PRINCIPALIS
ACADEMIE

DOMINI FRIDERICI
HASSIARUM LANDGRAVI REGIS
ACADEMIE PROCERUM EXAMINI

IOANNI CAROLO KERNIG
IOHANNI JACOBO ROMERSHUSEN

HASSO CASSELLANO
MUNDBURGI CATTOLICI
TYPIS THOMAE CASIMIRI MULLERI ACAD. TIBURIS

100



❁ ❁ ❁

DISSERTATIONIS
CONSPECTUS GENERALIS.

CAPUT I.

DE JURE PARENTUM INTER LIBEROS
DISPONENTIUM IN GENERE.

- §. I. *Hereditas quid?*
- §. II. *Hereditas quotuplex?*
- §. III. *Hereditas ab intestato an Juri Natura et Gentium
conueniat.*
- §. IV. *Auſtoritatibus corroboratur.*
- §. V. *Hereditas testamentaria num contrarietur Juri Natu-
ra & Gentium.*
- §. VI. *Exemplis confirmatur.*
- §. VII. *Dissensus doctorum indicatur.*
- §. VIII. *Negativa adstruitur.*
- §. IX. *Hereditas testamentaria apud Romanos et Germanos
prevaluit.*
- §. X. *De hereditate per æs et libram.*
- §. XI. *Quid Imperatores circa hereditates parentum im-
mutauerint.*
- §. XII. *Quod ulterius est extensum.*
- §. XIII. *Justiniani sanctio de hereditaria parentum dispo-
sitione.*

CAP. II.

DE JURE PARENTUM INTER LIBEROS
DISPONENTIUM IN SPECIE.

- §. I. *Dispositio inter liberos quid?*
 - §. II. *Testamentum inter liberos quid?*
 - §. III. *Requisita ejusdem.*
 - §. IV. *Sunt vel intrinseca vel extrinseca.*
 - §. V. *Differentia inter dispositionem et testamentum inter
liberos.*
- a 2
- §. VI.



- §. VI. *Utrum dispositio et testamentum inter liberos tam in scriptis quam nuncupative fieri soleat.*
- §. VII. *Testamentum inter liberos an? et quatenus? vel perfectum, vel imperfectum dici queat.*
- §. VIII. *Quomodo dispositio et testamentum inter liberos differant quoad effectum.*
- §. IX. *Utilitas hujus disquisitionis ostenditur.*
- §. X. *Et ulterius comprobatur.*
- §. XI. *Testamentum inter liberos quando non subsistat.*
- §. XII. *Num valeat, tum inter nepotes, quam inter liberos.*
- §. XIII. *Quando inter nepotes non sustineatur.*
- §. XIV. *Dubia remouentur.*
- §. XV. *Utrum parentes inter liberos naturales valide disponant.*
- §. XVI. *Quid iuris circa parentes illustres.*
- §. XVII. *Quid iuris quoad liberos legitimatos.*
- §. XVIII. *Idem ulterius exponitur.*
- §. XIX. *Quid iuris quoad liberos adoptatos atque arrogatos.*

CAP. III.

DE JURE PARENTUM INTER LIBEROS
TESTANTIIUM IN SCRIPTIS.

- §. I. *Quid testamentum inter liberos scriptum.*
- §. II. *Eiusdem requisiti.*
- §. III. *Quid iuris et quid consilii circa eadem.*
- §. IV. *An sola superscriptio valeat.*
- §. V. *Utrum sustineatur si sigillum tantum appositum.*
- §. VI. *Num tempus sit exprimendum.*
- §. VII. *Quando eodem opus non sit.*
- §. VIII. *Ex pluribus Testamentis inter liberos quodnam valeat.*
- §. IX. *An et quando istiusmodi testamentum tolli possit.*
- §. X. *Idem ulterius exponitur.*
- §. XI. *An nomina liberorum propria testatoris manu scribi debeant.*
- §. XII.

- ❁ ❁ ❁
- §. XII. *Utrum per præteritionem liberorum vitietur istiusmodi testamentum.*
- §. XIII. *Objectio remouetur.*
- §. XIV. *Quid juris circa filiam renuntiantem, aut per statutum ab hereditate paterna exclusam.*
- §. XV. *An et quando nepotes tuto præteriri queant.*
- §. XVI. *An et quando testamentum inter liberos propter abbreviaturas aliasque notas inusitatas reddatur nullum.*
- §. XVII. *Utrum in eodem distributio inter liberos debeat esse æqualis.*
- §. XVIII. *Negativa demonstratur per indirectum.*

CAP. IV.

DE JURE PARENTUM INTER LIBEROS
TESTANTIUM NUNCUPATIVE.

- §. I. *Testamentum inter liberos nuncupativum quid?*
- §. II. *Utrum parentes valide possint testari nuncupative.*
- §. III. *Quot in eodem requirantur testes.*
- §. IV. *An rogatio præcedere et femina testari queat.*
- §. V. *Utrum testes testatorem debeant audire et videre.*
- §. VI. *Quando testamentum scriptum sustineatur in vim nuncupativi.*
- §. VII. *Idem ulterius exponitur.*
- §. VIII. *Quot testes requirantur in testamento nuncupativo parentis cæci.*
- §. IX. *Sam. Strykii opinio recensetur.*
- §. X. *Atque refutatur.*

CAP. V.

DE IURE PARENTUM INTER LIBEROS
DISPONENTIUM AB INTESTATO.

- §. I. *Quid dispositio inter liberos ab intestato.*
- §. II. *Quando parentes ita disponant.*
- §. III. *Quid parentibus inter liberos disponentibus obser-
vandum.*
- §. IV.



- §. IV. *Quomodo codicillus et simplex inter liberos dispositio invicem differant.*
- §. V. *Dubium removetur.*
- §. VI. *Quando simplex divisio parentum subsistat.*
- §. VII. *An et quomodo manus testatoris, si negatur, probanda.*
- §. VIII. *Utrum legitima inminuta divisionem inter liberos simplicem vitiet.*
- §. IX. *An idem operetur inaequalis partium divisio.*
- §. X. *Num liberi in istiusmodi dispositione exheredari queant.*
- §. XI. *Utrum praeteritio liberorum invalidam reddat simplicem divisionem.*
- §. XII. *An et quando testamentum inter liberos & codicillus tollatur per eandem.*
- §. XIII. *An clausula codicillaris expressa testamentum sustineat in vim simplicis divisionis.*
- §. XIV. *Num clausula codicillaris tacita idem operetur.*
- §. XV. *Quid prudentia suadeat hac in re.*
- §. XVI. *An et quatenus extraneae personae aliquid relinquere possit in eadem.*
- §. XVII. *An et quatenus uxori, pia causa, et amico aliquid in eadem possit legari.*
- §. XVIII. *Utrum liberi eadem ratione possint disponere inter parentes.*
- §. XIX. *Cur non plura circa hanc materiam in medium afferantur.*

CAP. VI.

DE PARENTIBUS INTER LIBEROS DISPONENTIBUS EORUMQUE JURIBUS IN APPLICATIONE AD CASUM IN TERMINIS.

- §. I. *Sententia confirmatoria addita limitatione allegatur.*
- §. II. *Rationes dubitandi afferuntur.*
- §. III. *Rationes decidendi exponuntur.*

DIS-



DISSERTATIO ACADEMICA
DE
PARENTIBUS INTER LIBEROS
DISPONENTIBUS EORUMQUE JURIBUS.

CAPUT I.

DE JURE PARENTUM INTER LIBEROS
DISPONENTIUM IN GENERE.

- | | |
|---|---|
| §. I. <i>Hereditas quid?</i> | §. VIII. <i>Negativa adstruitur.</i> |
| §. II. <i>Hereditas quotuplex?</i> | §. IX. <i>Hereditas testamentaria</i>
<i>apud Romanos & Germanos</i>
<i>prevaleuit.</i> |
| §. III. <i>Hereditas ab intestato an</i>
<i>Juri Natura & Gentium</i>
<i>conveniat.</i> | §. X. <i>De hereditate per as &</i>
<i>libram.</i> |
| §. IV. <i>Auctoritatibus corroboratur.</i> | §. XI. <i>Quid Imperatores circa</i>
<i>hereditates parentum immu-</i>
<i>taverint.</i> |
| §. V. <i>Hereditas testamentaria</i>
<i>num contrarietur Juri Natu-</i>
<i>rae & Gentium.</i> | §. XII. <i>Quod ulterius est exten-</i>
<i>sum.</i> |
| §. VI. <i>Exemplis confirmatur.</i> | §. XIII. <i>Justiniani sanctio de be-</i>
<i>reditaria parentum disposi-</i>
<i>tione.</i> |
| §. VII. <i>Dissensus doctorum in-</i>
<i>dicatur.</i> | |

§. I.
Hereditas est jus succedendi in bona & jura, *Hereditas*
quæ defunctus habuit tempore mortis. *quid?*

Universalis hæc est definitio, congruit tamen cum ea,
quam exhibet JULIANUS Lib. 6. Digestor. & GAJUS Lib. 6.

A

ad

ad edict. provinciale, dum docent, *hereditatem nihil aliud esse, quam successionem in universum jus, quod defunctus habuit* (a). Nec mirum, quum Jus Civile nunquam contrariari queat Juri Naturæ & Gentium (b) secundum ea, quæ tradit VLPPIANUS Lib. I. Inst. inquiring, *cum aliquid addimus, vel detrahimus juri communi, jus proprium, id est civile efficitur* (c).

§. II.

Hereditas quotuplex. Non implicat, nec definitioni repugnat (§. I.), quominus succedatur, vel ex voluntate defuncti expressa, vel præsumta: hinc fit, ut hereditas deferatur vel ab intestato, vel ex testamento.

Quæ de utroque succedendi modo notatu digna occurrunt, fufius exponuntur tam ab H. GROTIUS (d); quam a S. PUFFENDORFIO (e). Nos meminisse juvat verborum Imperat. JUSTINIANI, quæ ita se habent, *duplex est hereditatum conditio, nam vel ex testamento, vel ab intestato ad vos pertinent* (f).

§. III.

Hereditas ab intestato an Juri Naturæ & Gentium conveniat? Quod si perpendamus, parentibus non tantum a natura insitum esse, prolem tenerissimo prosequi amore; sed eosdem adstringi quoque, ad liberos alendos atque

(a) L. 62. ff. de R. J. & l. 24. ff. de V. S.

(b) Intelligo necessarium, non voluntarium, quod patris conventionibusque nititur, & hinc positivum appellari solet. conf. H. GROTIUS de Jure B. & P. Lib. I. Cap. I. §. 14.

(c) L. 6. ff. de J. & J.

(d) Lib. 2. Cap. 6. §. 14. & Lib. 2. Cap. 7. §. 3. de Jure B. & P.

(e) Lib. 4. Cap. 10. & 11. de Jure N. & G.

(f) §. ult. Inst. per quas personas cuique acquir.

atque educandos (g): seu ut Chorus apud EURIPIDEM in Medea,

*Quibus in edibus est liberorum
Dulce germen, eos video curis
Confici omni tempore.*

*Primum quidem, quo pacto bene ipsos educent,
Et unde victum relinquunt liberis,*

recte colligimus, nullam prorsus deprehendi rationem, cur parentes de bonis atque juribus, quæ cum ipsorum morte non extinguuntur, inæqualiter disponent inter liberos, qui ea, qua par est ratione, suis satisfaciunt officiis erga parentes: multo minus, cur eisdem extraneos præferant. Patet itaque, Juri Naturæ quam optime congruere, ut parentum bona & jura, quæ tempore mortis habuere, nec post ipsorum obitum exspirant, ad liberos devolvantur ab intestato (h).

§. IV.

Quod modo rationibus evictum dedimus, idem *Auctoritatem* comprobat inter alios DEMOSTHENES inquit, *le-tibus cor-*
gem audivistis, quæ testamenta condere non sinit, si li- roboratur.
beri sint germani. Nec non ISÆUS Orat. V. *lex ipsa*
ea, quæ sunt patris, permittit filio, & non patitur cum
testari, cui filii sunt legitimi. Idem Orat. II. *refert,*
non cuiquam licere, aut disponere, aut donare sua in-
vis filiabus, si quis legitimas relinquens decesserit. Præ-
terea TACITUS de Germanis memoriæ prodit, heredes
successoresque sui cuique liberi (i). Et optime PAU-

A 2

LVS

(g) Illustris WOLFIIUS in Polit. Germ. Part. I. Cap. 2. §. 18.
& §. 83.

(h) H. GROTIUS Lib. 2. Cap. 7. de Jure B. & P.

(i) De moribus Germanorum Cap. XX.

LUS noster observavit, *rationem naturalem, quasi legem quandam tacitam liberis parentum hereditatem ad dicere (k).*

§. V.

*Hereditas
testamen-
taria num
contrarie-
tur Juri
Naturæ &
Gentium.*

Licet autem hæc ita sint, haut raro tamen evenit, ut inter plures liberos alii morigeri, alii deprehendantur degeneres, ita, ut non tantum reverentiam atque obedientiam parentibus debitam negligant, sed & per delicta, & atrocissima quælibet scelera parentes summo afficiant dolore, vitæ insidias fruendo, bonorum jacturam faciendo, & id generis reliqua. Ecquis vero contenderit, his non obstantibus, inter liberos morigeros æque ac immorigeros bona parentum, post horum fata æqualibus partibus esse distribuenda? Quamobrem, quum jure liberorum digni non sint, qui se tales erga parentes gerere omittunt, nec quisquam melius, quam ipsi parentes, de liberorum actionibus meritisque cognoscere valeat, tantum abest, ut parentibus de bonis atque juribus inæqualiter inter liberos, his militantibus rationibus, testandi potestas sit adimenda, ut potius successio liberorum ex dispositione parentum Juri Naturæ & Gentium æque conveniat, ac ratio succedendi ab intestato (§. III.).

§. VI.

*Exemplis
confirma-
tur.*

Egregie hanc in rem differit QUINCTILIANVS, non aliud, inquit, videtur solatium mortis, quam voluntas ultra mortem. Alioqui potest grave videri & ipsum patrimonium, si non integram legem habet, & quum omne jus nobis in id permittatur viventibus, au-
fera-

(k) L. 7. ff. de bonis damnatorum.

feratur morientibus (l). Et quemadmodum liberi omnes, STRYKIUS docet, non æquale semper parentibus obsequium præstant; ita quoque nec parentes compellendi, ut æqualibus beneficiis indifferenter liberos afficiant (m). Optime hunc in modum philosophatur Imperator CONSTANTINVS, statuens, quod nihil magis hominibus deberi videatur, quam ut supremæ voluntatis (postquam jam aliud velle non possunt) liber sit stylus, et licitum, quod iterum non redit, arbitrium (n). Et CICERO scribit, in publicis nihil est lege gravius, in privatis firmissimum est testamentum (o).

§. VII.

Sed Doctores, ut in multis aliis, ita & in hoc, non conveniunt, utrum potestas de rebus suis per ultimam voluntatem disponendi in genere, & parentum inter liberos in specie, ex Jure Naturæ & Gentium derivanda sit, nec ne? Negativam propugnant EDM. MERILLIUS (p), JO. GOTHOFRED. DE COCCEJUS (q), CORN. VAN BYNKERSHOEK (r), JO. GOTTL. HEINECCIUS (s), & potissimum CHRIST. THOMASIVS. Non opus est, inquit, multas pro quæstionis negatione conquirere ratiunculas, sæpe haut bonæ causæ

*Dissensus
doctorum
indicatur.*

A 3

judi-

(l) In Declamat. 308.

(m) In dissertat. de jure testandi inter liberos Cap. 3. num. 25.

(n) L. I. Cod. de SS. Eccles.

(o) Philipp. 2. Cap. 42.

(p) In Observat. Lib. VI. Cap. 25.

(q) In dissertat. de testam. Princ. Part. I. §. 22.

(r) In Observat. Jur. Rom. Lib. II. Cap. 2.

(s) In not. ad Vinnii Comment. ad pr. Inst. de testam. ordin. num. 4. pag. 286. Edit. Bar.

„judices, sed sufficit, quod dominium equidem natura
 „sua inferat, ut dominus quamdiu vivit, etiam po-
 „testatem transferendi juris sui habeat, duraturi etiam
 „post mortem suam, non tamen natura dominiū se
 „extendat eo, ut hæc potestas transferendi post mor-
 „tem domini initium capiat, cum res illæ, quarum
 „dominium est introductum vivis hominibus infer-
 „viant, ad mortuos autem res humanæ nihil amplius
 „attineant, adeoque inconveniens sit, ex natura do-
 „minii hominibus potestatem tribuere, dominium
 „suum eo momento transferendi, ubi jam omne ipso-
 „rum dominium expiravit (*t*).

§. VIII.

*Negativa
 adstruitur.*

Quoniam vero negantium rationes discutere, in
 præsentiarum non vacat, adeundi sunt, qui affirma-
 tivam defendunt, quosque inter nominasse sufficiat,
 HUG. GROTIUM (*v*), EVERH. BRONCHORST (*x*),
 VIGEL. ZWICHENIUM (*y*), DID. a COVARRU-
 VIAS (*z*), OSW. HILLIGERUM (*a*), PETR. GIL-
 KENIUM (*b*), BENED. PINELLUM (*c*), ARN. VIN-
 NIUM (*d*). Ex professo Argumenta THOMASIANA refu-

(*t*) In dissert. de origine successionis testament. §. 9. &
 in not. ad pr. Inst. de testam. ordin. pag. 173.

(*v*) Lib. II. Cap. 6. §. ult. de jure B. & P.

(*x*) *Επιφανείων* Cent. III. 20.

(*y*) In Comment. ad §. 2. Inst. de testam.

(*z*) Var. Resolut. III. 6. n. 6.

(*a*) Ad DONELLI Comment. Jur. Lib. VI. Cap. 5. Lit. A.

(*b*) Ad I. I. C. de testam. num. 5. & 32.

(*c*) In Select. Interpretat. Lib. II. Cap. 10.

(*d*) In Comment. ad pr. Inst. de testam. ordin. num. 3.
 pag. 286.

refutanda sibi fumsit Jo. Georg. SACHSEN, qui inter alia ita philosophatur, non opus esse, ut se eousque natura domini extendat, nam quando ex voluntate testatoris adhuc viventis post ejus mortem transfertur dominium, tum sane hanc quaquam potestas illud transferendi post mortem initium capit, cum potius per mortem cesset, voluntati testatoris adhuc viventis de transferendo eo satisfat, nec ullus quisquam tam absurdus fuit, ut crederet, post mortem testatoris potestatem transferendi demum incipere, cum hoc implicet contradictionem, nec curatius loquendi dicere quis potest, testatorem post mortem suam transferre, sed transferri dominium in heredem juxta ultimam voluntatem defuncti testatoris (e).

§. IX.

Quidquid horum fit, apud Romanos, quos Germani sequioribus temporibus imitati sunt (f), hereditas testamentaria longe antecelluit successioni ab intestato. Etenim non tantum publice expedire arbitrabantur, suprema hominum judicia exitum habere (g); sed etiam illam hanc excludere statuebant (h). Regibus Roma expulsis, cautum fuerat lege XII. tabularum, paterfamilias, uti legasset super familia, pecunia, tutelave

Hereditas testamentaria apud Romanos & Germanos prævaluit.

(e) In discursu philosophico-juridico de utilitate & moralitate testamentorum §. 27.

(f) Integre testamentorum formulæ occurrunt ex legibus Romanis apud GOLDASTUM Tom. II. pag. 29. Script. Rer. Alemann. & apud MARCULFUM Formul. Lib. II. Cap. 12. & 17. & in Append. Cap. 52. item apud LINDENBROG. Formul. Cap. 72.

(g) L. 5. ff. testament. quemad. aperiantur.

(h) L. 39. ff. de acquir. hered.

telave suæ rei, ita jus esto (*i*): & sic privati arbitrii esse cœpit testamenti factio, quæ ante legem decemviralem ad jus publicum Romanorum referebatur. Tempore enim pacis aliter testari non licuit, quam in Comitibus calatis, magistratu populum jure rogante, populoque jure sciscente; quo publice constaret, quem heredem nominasset, & quam legem de jure succedendi post mortem suam constituisset (*k*). Tantum vero abfuit, ut JCI Romani legis actiones componentes, veteris juris formam negligerent, ut potius novos ritus ad idem formarent, & testandi rationem per æs & libram introducerent (*l*). In hoc testamentorum genere præter libripendem & antestatum, quinque adhibendi erant testes, cives Romani, puberes atque præsentis, quibuscum erat testamenti factio (*m*): & quum privatorum voluntate hujus quidquam immutari haut potuisset (*n*), parentibus quoque inter liberos alia ratione, quam more majorum, adhibita mancipatione, vel imaginaria hereditatis venditione, disponere non permittebatur.

§. X.

Duravit mos per æs & libram testandi inter Quirites

De hereditate per æs & libram.

(*i*) Legem hanc explicant ULPIANUS in fragm. Tit. XI. §. 14. Auctor ad HERENN. l. 13. JAC. GOTHFR. in Fragm. XII. tab. tab. 5. & HEINECCIUS in Dissert. de origine testamenti factionis §. 10.

(*k*) L. 3. ff. qui testam. fac. poss. l. 1. pr. ff. ad leg. Falcid. conf. HEINECCIUS Syntagma Antiq. Roman. Lib. II. Tit. 10. §. 2.

(*l*) §. 1. Init. de testam. ordin. add. HEINECCIUS l. c. §. 6.

(*m*) ULPIANUS in Fragm. Tit. VIII. & XX. §. 1.

(*n*) L. ult. ff. de suis & legit. hered. l. 38. ff. de pactis.

rites per plura secula (o). Licet enim Prætores, uti in multis aliis, ita etiam in re testamentaria, ambages atque rigorem juris Civilis temperantes, suam introducerent successionem, non tamen ex illa hereditas, sed tantum bonorum possessio dabatur (p). Equidem THEODOSIO juniore fasces imperii tenente accidit, ut modus testandi ex jure civili, prætorio & constitutionibus principum constatus invalesceret (q): hoc autem non obstantem, jure Digestorum nusquam singulare quid parentibus inter liberos testantibus esse remissum aut concessum, legimus (r).

§. XI.

At Imperatores, qui quantum fieri potuit, leges ab antiquis fabulis & subtilitatibus purgare, & ad simplicitatem Juris Naturæ & Gentium reducere contenderant (s), constitutionibus sancire non omisere, ut patrifamilias inter liberos disponenti apices juris civilis, atque ambages remitterentur (t), ipsique integrum relinqueretur, codicillis, epistola, aut quavis alia scriptura, quibuscunque verbis aut iudiciis, voluntatem suam exponere (v).

B

§. XII.

(o) ULPIANUS in Fragment. XX. §. 2. inquit, illis duobus testamentis (in Comitiiis calatis & in procinctu) abolitis, hodie solum in usu est, quod *per os & libram fit*.

(p) L. 7. & 9. ff. de bon. possess. sec. tabul.

(q) Fufius hoc exponit JAC. GOTHOFREDUS ad l. 1. Cod. Theod. de test. & codic. Tom. I. pag. 334.

(r) SICHARDUS ad l. 10. num. 1. C. de testam. PANSCHM. quæst. jur. controuv. Lib. II. quæst. 1. num. 2.

(s) Proem. Inst. §. 3.

(t) L. 16. & 26. C. famil. ercisc.

(v) JO. DAUTH ad l. 21. §. 1. & Auth. seq. Quod sine C. de testam. num. 3.

§. XII.

Quod ulterius est extensum.

Quoniam vero hæc liberior testandi facultas patri tantum vi potestatis in familiam, cujus ipse caput erat, competebat; adeoque ad matrem non extendebatur, cum tamen huic æque minus, ac patri effectus potestatis, quæ in liberos exercetur secundum Juris Naturalis dispositionem sint denegandi (*x*), quin potius æquali obedientia & reverentia ac ipse pater a liberis colenda sit (*y*), Imperatores THEODOSIVS & VALENTINIANUS hanc testandi licentiam eo extensam esse voluerunt, ut parentibus utriusque sexus, remissis quibuscunque solennitatibus a jure civili præscriptis, inter liberos pro lubitu disponere liceret (*z*), ita tamen, ut liberi non amplius ab intestato, sed ex testamento succederent (*a*).

§. XIII.

Justiniani sanctio de hereditaria parentum dispositione.

Sed ut fieri solet, quod homines legibus justo generalioribus terminis conceptis sæpius abuti soleant, ita & in hac materia accidit, ut, cum permetteretur parentibus inter liberos quibuscunque verbis, signis & conjecturis disponere (*b*), ejusmodi testamenta divinationibus magis, quam interpretationibus indigerent, liberosque severioribus implicarent contentionibus (*c*). Ne itaque hæc testandi licentia litigiorum sege-

(*x*) Illustr. WOLFIUS Part. I. Cap. 3. §. 80. Politices.

(*y*) L. 4. ff. de curat. furios. & aliis l. 6. ff. de in jus voc. l. 4. C. de patr. potest.

(*z*) L. 21. §. 1. C. de testam. & Novell. CVII. in præfat.

(*a*) REUSNER de testam. Vol. II. Cap. 2.

(*b*) L. ult. C. famil. ercisc.

(*c*) Cit. Novella CVII. in præfat.

fegetem augetet, nec in detrimentum liberorum latius ferperet, scopumque saluberrimum, quem legislatores sapienter intenderant, prorsus everteret, Imperator JUSTINIANUS omnia clara & aperta consistere volens, iussit, ut parentibus inter liberos testantibus necessitas incumberet, tempus, seu annum, mensem & diem adjiciendi, nomina liberorum indicandi, nec non uncias, in quibus eos scripsit heredes, non signis numerorum, sed per totas literas significandi (d).

(d) Cit. Novella CVII. Cap. I. conf. Auth. Quod sine C. de testam.

CAPUT II.

DE JURE PARENTUM INTER LIBEROS
DISPONENTIUM IN SPECIE.

- | | |
|--|---|
| §. I. Dispositio inter liberos quid? | §. VIII. Quomodo dispositio & testamentum inter liberos differant quoad effectum. |
| §. II. Testamentum inter liberos quid? | §. IX. Utilitas hujus disquisitionis ostenditur. |
| §. III. Requisita ejusdem. | §. X. Et ulterius comprobatur. |
| §. IV. Sunt vel extrinseca vel intrinseca. | §. XI. Testamentum inter liberos quando non subsistit. |
| §. V. Differentia inter dispositionem & testamentum inter liberos. | §. XII. Num valeat, tam inter nepotes, quam inter liberos. |
| §. VI. Utrum dispositio & testamentum inter liberos tam in scriptis quam nuncupative fieri soleat. | §. XIII. Quando inter nepotes non sustinetur. |
| §. VII. Testamentum inter liberos an? & quatenus? vel perfectum, vel imperfectum dici queat. | §. XIV. Dubia removentur. |
| | §. XV. Utrum parentes inter liberos naturales valide disponent. |
| | §. XVI. Quid juris circa parentes illustres. |
| | §. XVII. |

§. XVII. Quid juris quoad liberos legitimatos.
 §. XVIII. Idem ulterius expanditur.

§. XIX. Quid juris quoad liberos adoptatos atque arrogatos.

Dispositio inter liberos quid?

§. I.
Dispositio inter liberos vocatur declaratio voluntatis parentum, de ipsorum bonis & juribus, quæ tempore mortis habuerunt, inter liberos dividendis (a).

Testamentum inter liberos quid?
 Requisita ejusdem.

§. II.
 Testamentum inter liberos appellatur, dispositio inter liberos certis solennitatibus attemperata (§. I.).

§. III.
 Solennitates, quas leges in testamento parentis observandas præscribunt, sunt 1) adjectio temporis, seu diei, mensis & anni, 2) denominatio singulorum liberorum, 3) determinatio unciarum non per signa, sed per totas literas significanda (§. XIII. Cap. I.).

Sunt vel extrinseca vel intrinseca.

§. IV.
 Sunt requisita, sine quibus de certa & seria voluntate testatoris constare non potest; sunt vero & alia, quæ ad fraudes & cavillationes evitandas pertinent: illa dicuntur solennitates intrinsecae, hæ extrinseca (b).

Differentia inter dispositionem & testamentum inter liberos.

§. V.
 Patet itaque, in testamento inter liberos tam solennitates intrinsecae quam extrinsecae requiri, at in dispositione inter liberos intrinsecae sufficere (§. I. II.)

§. VI.

(a) L. ult. & Auth. si modo C. fam. herisc. Novell. XVIII. Cap. 7.

(b) HEINECCIUS in Pandectis Part. V. §.

§. VI.

Quoniam certa atque seria voluntas tam in dispo- ^{Dispositio}
 sitione, quam in testamento inter liberos, requiritur ^{et testam.}
 (§. V.); minime autem implicat, quominus ultima ^{inter libe-}
 parentum voluntas tam viva voce, quam in scriptis ex- ^{ros tam in-}
 ponatur; ergo tam testamentum, quam dispositionem ^{scriptis}
 inter liberos nuncupative, aequae ac in scriptis fieri pos- ^{quam nunc-}
 se, patet. ^{cupative}
^{fieri solet.}

§. VII.

Notionem perfectionis in rebus finitis non esse ab- ^{Testamen-}
 solutam, sed respectivae talem, adeoque idem certo re- ^{tum inter}
 spectu perfectum, certo respectu imperfectum appella- ^{liberos an}
 ri posse, ex Philosophia constat (c). Testamentum ^{et quate-}
 itaque inter liberos, si cum dispositione inter eosdem ^{nus? vel}
 comparatur, recte dicitur perfectum atque solenne (§. II. ^{perfectum;}
 & V). Econtra quum in testamento solenni nar- ^{vel imper-}
 ita dicto, septem requirantur testes, masculi, cives ^{fectum di-}
 Romani, specialiterque rogati, neutrum horum au- ^{ci queat.}
 tem in testamento patris inter liberos requiratur; non
 mirum, ut in hac relatione appelletur testamentum mi-
 nus solenne atque imperfectum (d).

§. VIII.

Interim quum substantia testamenti consistat in he- ^{Quomodo}
 redis denominatione (e), testamentaria dispositio in- ^{differant}
 ter liberos non potest non effectus testamenti solennis ^{quoad ef-}
 habere (§. III). Econtra quia dispositio inter liberos ^{fectum.}

B 3

dif.

(c) Illustris WOLFH Ontolog. Lat. §. 521. 522. 523.

(d) L. 21. §. C. de testam. Novell. CVII. de testa-
 mentis imperfectis.(e) L. 29. C. de testam. l. i. §. ult. ff. de vulg. & pupill.
 substit. §. 34. Inst. de legat.

differt a testamento patris inter eosdem (§. I. II.), nec datur tertium (f): in dispositione inter liberos, successio- nem ab intestato locum habere, constat.

§. IX.

*Utilitas
hujus dis-
quisitionis
ostenditur.*

Ne autem hoc de lana caprina disputatum esse vi- deatur, ponamus adesse statutum in civitate, vi cujus rerum hereditariarum possessio, post obitum defuncti ipso jure continuetur in herede scripto. Quoniam testa- mentum inter liberos effectum testamenti solennis ha- bere demonstratum est (§. VIII.), ergo possessionem bonorum paternorum in filium heredem ex testamento patris etiam sine ulla apprehensione continuandam esse, recte infertur. Et ex eadem ratione porro fluit, si statutum vigeat in civitate, ut heres ab intestato bona hereditaria ex una provincia in aliam transferens, solvere debeat vectigal aliquod, Germanice *Abzugsgeld*, sive *Nachsteuer*; heres vero ex testamento ad idem onus adstringendus non fit; a filio, ex testa- mento patris imperfecto succedente nihil vectigalis pe- ti posse (g).

§. X.

*Et ulterius
comproba-
tur.*

Quod si vero statutum disponderet in terminis con- trariis, ita, ut heredi ex testamento succedenti detra- hatur aliquid de bonis ex una civitate in aliam trans- portandis; nullum est dubium, quin filius ex disposi- tione patris inter liberos succedens ab hoc onere sit immunis (§. VIII.).

§. XI.

(f) STRYK de success. ab intestato Cap. I. §. 20. & 21.

(g) CONF. HARPRECHT ad §. 3. & 4. Init. de testam. ordin. num. 68.

§. XI.

Quoniam testamentaria dispositio patris inter liberos effectum testamenti solennis habet (§. VIII.); ex hoc autem pro parte testatus & pro parte intestatus decedere, præter militem, nemo potest (*b*), testamentum patris inter liberos non subsistit, si quidem inchoatum, sed non consummatum, aut consummatum quidem, sed non de omnibus bonis parentum dispositum fuerit (*i*). Econtra dispositio inter liberos, quia in hac succeditur ab intestato (§. VIII.), propterea non vitiatur.

Testamentum inter liberos quando non subsistit?

§. XII.

Ex antecedentibus constat, non tantum patri, sed & matri ab Imperatoribus THEODOSIO & VALENTINIANO concessam esse facultatem inter liberos disponendi privilegiato modo, (Cap. I. §. XII.). Quare cum verba legis generaliter posita (*k*), generaliter sint interpretanda (*l*), tantumque abest, ut JUSTINIANUS legem restringeret, ut saltem licentiam ultimas voluntates quacunque ratione, quibuscunque iudiciis & conjecturis declarandi coarctaret (*m*); præterea parentum appellatio ascendentes (*n*); & liberorum denominatio in favorabilioribus nepotes reliquosque descendentes comprehendat (*o*), analogiæ juris

con-

(*b*) L. 7. ff. de R. J. §. 5. Inst. de her. inst.

(*i*) L. penult. in fine C. de his quib. ut indign.

(*k*) L. 21. §. 1. C. de testament.

(*l*) L. 39. pr. ff. de condit. & demonstrat. l. 1. §. generaliter ff. de legat. l. 4. C. de fideicom.

(*m*) Novell. CVII. Cap. I.

(*n*) L. 10. §. 7. ff. de grad. & affin. & l. 51. ff. de V. S.

(*o*) L. 201. & 220. ff. de V. S.

convenit, ut non tantum parentes, sed & ascendentes utriusque sexus hac ratione disponant, & quidem non tantum inter liberos, sed etiam inter nepotes, & reliquos descendentes (p).

§. XIII.

Quando inter nepotes non sufficitur?

At enim vero descendentes remotiores a proximioribus in successione excludi, notissimi juris est: quamobrem, cum his jus sit quaesitum, quod illis sine causa legitima a parentibus eo minus auferri potest (q), quum liberi quodammodo domini paternorum bonorum dicantur, & dominium in ipsos continetur (r): ultima voluntatis declaratio parentum, liberi primi gradus & ulterioris, si concurrunt, ita, ut illi adhuc sint superfuites omnes, ad nepotes & descendentes ultiores pertinere non potest. Quidquid itaque nepotibus ex filio adhuc vivente, sive titulo universalis sive particulari relinquatur a parentibus inter liberos disponentibus, nullius est momenti, & tanquam ipso jure nullum corrumpit (s).

§. XIV.

Dubia re-
moventur.

Quae itaque a contrarium sentientibus (t) opponi solent, quod scilicet eadem reverentia, quae a liberis patri

(p) HARTM. PISTOR. Lib. I. quaest. I. num. 16. CARPZOV P. 3. C. 4. D. 16. WESENBEC. P. I. Conf. 90. num. 21.

(q) §. ult. Instit. de his qui sunt sui vel alien. jur. l. 53. pr. ff. de judic. l. fin. ff. de pact.

(r) L. II. ff. de liber. & posth. hered. instit.

(s) LUDWELL de ult. volunt. P. 2. C. 3. pag. 333. HARPRECHT ad Instit. de testam. ordin. §. 3. & 4. num. 104.

(t) BOERTIUS decis. 241. num. 3. JUL. CLARUS lib. 3. §. testament. 9. 12. n. 5. HARTM. PISTOR. Lib. I. quaest. I. num. 16. CARPZOV. P. 3. C. 4. D. 16.

patri debetur, a nepotibus avo præstanda, & quod lex ultima Codicis de Famil. ercisc. correctâ sit per l. 21. §. 1. C. de testam. minime stringunt. Nam quoad prius, expediti juris est, reverentiam parentibus debitam a liberis suo jure quæsito utentibus non lædi (v): quoad posterius vero Novella CVII. Cap. 1. in qua JUSTINIANUS constitutionem THEODOSII refert, sed nullius correctionis susceptæ mentionem facit, contrarium satis abundanterque commonstrat. Neque urget, quod in dicta lege 21. §. 1. C. de testam. verbum *liberos* iterata vice occurrat, & per *liberos* tam filii, quam descendentes ulterioris gradus intelligantur (x). Quum enim distinguendum sit inter nepotes, quorum pater est mortuus, quorumque pater adhuc est in vivis, & in jure non tantum generi derogetur per speciem (y), sed etiam, quæ diversa sunt, in generali dispositione nunquam comprehendantur (z); per *liberos* in dicta lege occurrentes filios tantum atque nepotes, quorum pater est præmortuus, intelligi, satis manifeste patet (a).

§. XV.

Utrum mater æque ac pater tam inter *liberos legitimos*, quam *naturales* hac privilegiata ratione disponere possit, leges non exprimunt. Quoniam vero mater ratione partus semper est certa, non vero pater; *Utrum parentes inter liberos naturales valide disponant.*

(v) l. 13. §. 1. & 33. ff. de injur. §. ult. ff. de damno infecto l. 9. §. 1. ff. de condict. caus.

(x) l. 201. & 220. ff. de V. S.

(y) l. 80. ff. de R. J.

(z) l. 6. ff. de pignor. & hypoth.

(a) conf. HARPRECHT l. c.

ter; hinc de matre affirmant omnes (b), quod de patre negant, posse inter liberos naturales testari (c). Nos distinguendum esse arbitramur, utrum soli adsint naturales, an concurrant cum legitimis. In casu posteriori, cum legitimi habeant jus qualitum (d), quod ipsis invitis auferri a nemine potest (e), patrem privilegiato disponere posse, negamus. Econtra in casu priori, ubi soli adsunt naturales, quos Jus Romanum, non vero mores invicem distinguunt (f), pater æque ac mater est certus, eademque contra utrumque parentem militat obedientiæ & reverentiæ ratio. Quare, cum legislatores testamentum privilegiatum inter liberos in omnibus reducerint ad simplicitatem Juris Naturæ & Gentium (Cap. I. §. XI.); & distinctio inter prolem legitimam & naturalem solius juris sit civilis, jus gentium & naturale eandem nesciens (g); nullus dubito, accedere castris affirmantium, patrem quoque

(b) HARTM. PISTOR. Lib. I. quæst. I. num. 20.

(c) GAIL. Lib. 2. Observat. 112. num. 18. ZOES. ad ff. qui testam. fac. possunt num. 69. FACHIN. Lib. 4. contro. jur. Cap. 3. MATTH. STEPH. ad Novell. 107. num. 19. & 20.

(d) Nov. LXXIV. vers. si quis sane. Nov. LXXXIX. Cap. 9. & II. §. I. Auth. item sine C. de natural. lib. GAILIUS Lib. 2. observ. 142. FACHINÆUS Lib. 6. contro. I.

(e) vid. leg. supra citatas not. u.

(f) CHRIST. THOMASIVS de existimatione, fama & infamia Coroll. II: 13. 15. HOPPIUS in Comment. ad §. 13. Inst. de nuptiis p. m. 105.

(g) l. 1. & 4. ff. de agnosc. & alend. lib. Novell. LXXXIX. Cap. 12. §. 6.

que inter liberos naturales, si legitimi deficiunt, privilegiata ratione posse disponere (b).

§. XVI.

Quoniam vero Imperator JUSTINIANUS expressa lege prohibuit, ne quidquam a matre illustri liberos habente ad spurium vel ex testamento, vel ab intestato, vel ex liberalitate inter vivos perveniret (i); nec aliter de patre illustri concludere licet. Porro quum liberi ex damnato coitu procreati, nec naturales sint nominandi, & omnis paternæ substantiæ beneficio indigni censeantur (k); ergo privilegium testamenti paterni nec ad eos pertinere, patet.

§. XVII.

Modus legitimandi liberos naturales per oblationem curiæ jam pridem in defuetudinem abiit (l): liberi itaque legitimantur vel per subsequens matrimonium, vel per rescriptum principis. Quod illos attinet, ejusdem juris & conditionis habentur ac legitime nati (m); adeoque testamentum patris privilegiatum etiam ad illos pertinere, extra dubitationis aleam positum est. Econtra quoad legitimatos per rescriptum principis cum eadem distinctione, qua supra (§. XV.),

C 2

respon-

(b) SALYCETUS ad leg. ult. C. fam. ercisc. CARPZOV. P. 3.

C. 4. defin. 24.

(i) l. 5. C. ad SCtum Orficiatum.

(k) Auth. ex complexu nefario C. de incest. & inutil. nupt.

(l) HOPPIUS in usu moderno ad §. 13. pag. 101. & 102. Inst. de nuptiis.

(m) Nov. LXXXIX. Cap. 8. & cap. tanta 6. X. qui filii sint legit.

respondendum esse, nemo negabit in casu, quo legitimatio non ad effectum succedendi facta est. Quod si enim pater petierit, ut per legitimatorem simul juris succedendi redderentur capaces liberi naturales, tunc, salva portione legitima, itidem æquiparantur legitime natis (*n*).

§. XVIII.

Idem ulterius exponitur.

Effectus legitimatorem per subsequens matrimonium non impeditur, licet nuptiæ in ultimo mortis articulo fuerint contractæ; vel intermedium intercesserit matrimonium (*o*): consequenter & in his atque similibus casibus testamentum inter liberos subsistere, nullum est dubium.

§. XIX.

Quid juris quoad liberos adoptatos atque arrogatos?

In numerum liberorum referuntur quoque liberi adoptati atque arrogati (*p*); & adoptati ab ascendenti uno secundum naturam æque ac legis civilis dispositionem liberi sunt (*q*); consequenter nulla adest ratio, cur a legis beneficio excludi debeant. Arrogati vero & adoptati ab extraneo per fictionem juris liberorum jura consequuntur (*r*); quamobrem, cum fictio in casu ficto idem operetur, quod verum in vero (*s*); nihil obstat, quominus ad hos quoque

(*n*) BERGER in Oecon. Juris Lib. 1. tit. 3. §. 13. not. 8.

(*o*) SCHNEIDEWIN ad Inst. de patr. potest. in pr. num. 23. p. m. 68. ZOESIUS ad ff. de concub. num. 12. GALLIUS Lib. 2. observat. 141. num. 8.

(*p*) §. 4. Inst. de exhered. liber l. 23. & l. 40. §. 2. ff. de adopt.

(*q*) §. 2. Inst. de adopt. & l. 10. pr. C. de adopt.

(*r*) §. 8. Inst. de adopt. WESENB. ad ff. de adopt. num. 5.

(*s*) l. 1. ff. de adopt. l. 44. de excusat. tutor. l. un. pr. C. de rei ux. act.

sive soli sint, sive cum liberis ex iustis nuptiis procreatis concurrant, privilegium dispositionis paternæ inter liberos fit trahendum (§. XII. Cap. 1.).

CAPUT III.

DE JURE PARENTUM INTER LIBEROS TESTANTIVM IN SCRIPTIS.

- §. I. *Quid testamentum inter liberos scriptum.* propria testatoris manu scribi debeant.
- §. II. *Ejusdem requisita.* §. XII. *Utrum per prateritionem liberorum vitietur istiusmodi testamentum.*
- §. III. *Quid juris & quid consilii circa eadem.* §. XIII. *Objectio removetur.*
- §. IV. *An sola superscriptio valeat.* §. XIV. *Quid juris circa filiam renunciantem, aut per statutum ab hereditate paterna exclusam.*
- §. V. *Utrum sustineatur si sigillum tantum appositum.* §. XV. *An & quando nepotes tuto prateriri queant.*
- §. VI. *Num tempus sit exprimendum.* §. XVI. *An & quando testamentum inter liberos propter abbreviaturas aliasque notas inutilitas reddatur nullum.*
- §. VII. *Quando eodem opus non sit.* §. XVII. *Utrum in eodem distributio inter liberos debeat esse æqualis.*
- §. VIII. *Ex pluribus testamentis inter liberos, quodnam valeat.* §. XVIII. *Negativa demonstratur per indirectum.*
- §. IX. *An & quando istiusmodi testamentum tolli possit.*
- §. X. *Idem ulterius exponitur.*
- §. XI. *An nomina liberorum*

§. I. **P**arentes inter liberos testantur in scriptis, quando per instrumentum, vel schedulam declarant, quomodo post ipsorum obitum liberi in bona & jura, quæ tempore mortis habuerunt, succedere debeant (§. II. Cap. II.).

C 3

§. II.

§. II.

*Ejusdem
requisita.*

Quoniam aliquid ipse scribere, aut ab alio scriptum subscribere in jure nostro sibi invicem æquipolent (a), nihil interest, utrum parentes testamentum inter liberos propria consignent manu, an ab alio exaratum sua confirmet subscriptione (b). Quia porro superflua respuit jus novum, testamentum inter liberos a parentibus scriptum, ut ab iisdem subscribatur, opus non est (c). Quum denique nostrum non sit requirere, quod leges non requirunt (d); nec prælectionem, nec publicationem adhibitis testibus in eodem desiderari, patet.

§. III.

*Quid juris
& quid
consilii cir-
ca eadem.*

Distinguimus, ut in multis aliis, ita quoque in materia præsentis, quid juris ab eo, quid consilii & prudentiæ esse solet. Juris est, ut in testamento inter liberos subscriptio prænominis atque cognominis sufficiat, propterea quod subscribens testamentum, aut quodvis aliud instrumentum, perlegisse, & contenta ipsius intellexisse præsumitur (e). Econtra consilii & prudentiæ est, ut præter subscriptionem generalem adju-

(a) PRUCKMANN, Vol. 1. Conf. 12. num. 69. CARPZOV. P. 3. C. 4. D. 18. num. 2.

(b) Auth. Quod sine C. de testam. Novell. CVII. Cap. 1.

(c) RICHTER Decif. 29. num. 3. HARPRECHT ad §. 3. & 4. Inst. de testam. ordin. num. 136. CARPZOV. P. 3. C. 4. D. 17. num. 7.

(d) arg. l. 71. §. 5. de acquir. vel omit. hered. & l. 5. princ. ff. de administrat. & peric. tutor.

(e) arg. l. 8. §. 15. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. l. 1. §. 1. ff. de constit. Princ. MASCARDUS de probat. Volum. 3. conclus. 1341. num. 19. & conclus. 1352. num. 65.

adjiciatur clausula, qua supra scripta pro subscribentis ultima voluntate post obitum ipsius inter liberos valitura declaratur, sequentem in modum: Ego *Johannes Georgius Mevius profiteor, in superiori scriptura contineri meam ultimam voluntatem, seu testamentum inter liberos.* Facile enim contingere potest, ut in charta blanca subscriptione generali munita quodvis testamentum ab alio scribi, variumque fraudis genus committi queat (f).

§. IV.

Suprascriptio appellatur, quod ab initio schedæ, *An sola supra-* vel instrumenti alicujus poni solet. Quoniam vero *scriptio valeat.* suprascriptio repugnat usitato stylo curiæ, & facile contingere potest, ut testator inter scribendum testamenti tenorem decefferit, aliudve impedimentum, quominus voluntas ipsius fuerit consummata, intervernerit, adeoque ab aliis scriptura cœpta, ab aliis pro lubitu fuerit continuata, vel aliud fraudis genus adhibitum fuerit; consequenter a suprascriptione ad reliqua ab alio exarata tuto concludere non datur; hinc suprascriptio ad sustinendum testamentum inter liberos non sufficit, nisi subscriptio testatoris in simul fuerit addita (g).

§. V.

Sigillum non probationis, sed majoris corroborationis gratia instrumentis ab alio exaratis apponi solet (h); nec una cum subscriptione conjunctim requiritur, *Utrum sine sigillo tantum appositum.*

(f) RICHTER decif. 29. num. 14. & 49. PANSCHMANN Lib. 2. quæst. 1. num. 6.

(g) HARPRECHT l. c. num. 152. MASCARDUS l. c. conclus. 134. num. 15.

(h) arg. l. 22. §. 4. ff. qui testam. fac. post.

ritur, nisi in negotio, quod pro forma sui & solennitate celebratur (*i*). Quare, quum solennitates in aliis testamentis necessariae in hoc sint remissae, & ad formam testamenti inter liberos ab alio scripti prater subscriptionem sigilli appositio a JUSTINIANO non inculcatur (*k*); ergo tuto inferre licet, si parens testamentum inter liberos ab alio exaratum subscripserit, sigilli appositione opus non esse. Et contra, quum expediti juris sit, tantum abesse, ut forma a legislatore praescripta possit pro lubitu immutari, ut potius ea neglecta, aut immutata, totus corruat actus (*l*), sola sigilli adjectione istiusmodi testamentum non subsistere, sed tanquam invalidum corruere, prona fuit consequentia (*m*).

§. VI.

Num tempus sit exprimendum.

Quoniam parentes plura saepius testamenta inter liberos solent condere, non potuit non accidere, ut remissis solennitatibus in alio testamentorum genere necessariis, de ipsorum certa atque serua voluntate constare non possit. Quamobrem cum hoc intentioni & testatorum & legislatorum repugnet, JUSTINIANUS sapienter sanxerat, in testamento inter liberos tempus, licet in solenni tuto ommitteretur, necessario adjiciendum esse (*n*). Et quum tempus dividi soleat per dies, menses & annos, adeoque de tempore non possit non certo

- (*i*) MENOCHIVS de praesumpt. Lib. 2. quaest. 1. num. 8.
 (*k*) L. 21. §. 1. C. de testam. & Novell. CVII. Cap. 1.
 (*l*) L. 9. §. 3. ff. ad exhibend. l. 8. §. 17. ff. de transact.
 (*m*) HARTM. PISTOR. in quaest. jur. Lib. I. quaest. 1. num. 8.
 HARPRECHT l. c. num. 153.
 (*n*) Auth. Quod sine C. de testam. & Novell. CVII. Cap. 1.

certo constare, si modo dicta tria temporis momenta indicentur; hinc necessitas apparet, cur & quod præter annum, & mensis, & dies in istiusmodi testamento exprimi debeat (o).

§. VII.

Interim fieri potest, ut de seriatim atque certa testatoris voluntate, licet in testamento tempus fuerit omis- *Quando eodem opus non sit.* sum, constare possit, e. g. si duo adhibiti testes, vel testamentum actis insinuatum fuerit. Quare, quum tantum legis dispositio valeat, quantum valet ipsius ratio (p); nulli dubitamus adstruere, in his & similibus casibus testamentum inter liberos subsistere, licet tempus additum non fuerit (q).

§. VIII.

Quod si ab eodem testatore plura testamenta in- *Ex pluribus testamentis inter liberos, quodnam valeat.* ter liberos condita post ipsius obitum deprehendantur; tunc vel constat, quodnam sit tempore prius, quodnam posterius, vel minus. In casu posteriori, quia præter militem nemo ex duobus testamentis decedere potest (r), neutrum valet (s). In priori casu poste-
D rius

(o) MANZIUS de testam. valid. & invalid. tit. 4. quæst. 3. num. 10. RICHTER decif. 29.

(p) L. 27. §. 2. ff. ad Leg. Jul. de adult. l. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. 9. §. 2. de edendo. l. 19. C. de SS. Ecclef.

(q) GRATIANUS discept. forens. Tom. 2. Cap. 235. num. 9. RICHTER decif. 29. num. 20.

(r) L. 36. §. 1. ff. de testam. milit. §. 5. Inst. de hered. instit.

(s) PANSCHMANN Lib. 2. quæst. 1. num. 5. DECIANUS respons. 86. num. 7. volum. 2.

rius seriam atque certam testatoris voluntatem continens obtinet (t).

§. IX.

An et
quando
istiusmodi
testamen-
tum tolli
possit.

Controvertitur inter Doctores, num testamentum inter liberos conditum per posterius tollatur, nec ne (v)? Sed quum quaestio iusto generalior sit, non nisi distinguendo ad eandem responderi datur. Quoniam enim dispositio inter liberos differt a testamento solenni, ergo Imperator voluit, ut posterius priori non derogeret, nisi testator in hoc expressis declaraverit verbis, se vellet dispositionem inter liberos esse abrogatam (x); nec sufficit clausula generalis, non obstante quocunque testamento (y); sed requiritur, ut septem fuerint adhibiti testes (z). Licet autem haec ita se habeant quoad quaestionem juris; consilii tamen est atque prudentiae, ut testator non solum expressam adjiciat clausulam derogatoriam, sed ut insimul causam revocationis exprimat (a).

§. X.

Idem ulterius exponitur.

Quod si vero testamentum utrumque posterius atque ac prius sit dispositio inter liberos, distinguendum

- (t) GILKEN ad Auth. Hoc inter C. de testam. num. 5. & BRUNNEMANN ad eandem.
 (v) SICHARDUS ad Auth. Hoc inter C. de testam. MANTICA de conject. ultim. volunt. lib. 6. tit. 2. num. 27. RICHTER decif. 59. num. 21.
 (x) Auth. Hoc inter C. de testam. Novell. CVII. Cap. 2. MANTICA de conject. ult. volunt. Lib. 6. tit. 2. num. 27.
 (y) REUSNER de testamentis Vol. 2. Part. 4. Cap. 9. SICHARD ad Auth. Hoc inter C. de testam. num. 3.
 (z) Cit. Auth. Hoc inter C. de testam.
 (a) RICHTER decif. 49. num. 15. & STRYK in Caut. testam. Cap. X. §. 31. in fine.

dum est, utrum prius duplicem contineat clausulam derogatoriam, tacitam scilicet & a testatore expressam. Etenim, si posterius tacitam tantum continet, priori derogari non potest, cum non tantum major esse soleat vis expressi, quam taciti (b); sed etiam fortius stringat, quod duabus clausulis firmatur, quam quod una saltem sustinetur (c). Sin vero posterius utramque, vel neque prius, neque posterius testamentum habeat clausulam derogatoriam expressam, posterius priori derogare, analogia juris conveniens est (d). Adeoque cerebrina mihi videntur æquitate niti, quæ a nonnullis traduntur, non refragante usu fori, quod, pluribus extantibus testamentis inter liberos, illud esse servandum, in quo major inter liberos occurrit æqualitas (e).

§. XI.

Quo de seria atque certa voluntate patris inter liberos disponentis post ipsius decessum nulla superesset dubitandi ratio, Imperat. JUSTINIANUS inter alia constituit, filiorum nomina, propria testatoris manu, indicanda esse (f). Quæri itaque solet, utrum in testamento

An nomina liberorum propria testatoris manu describentur.

D 2

- (b) L. 52. ff. de condition. & demonstrat. & l. 8. C. de impub. & aliis subtit.
 (c) Arg. Auth. Itaque C. comm. de successione l. penult. §. si vero C. de adopt. cap. l. X. de Treuga & Pace. WESENB. 2. conf. 82. num. 18.
 (d) §. 2. Inst. quib. mod. testam. infirm. §. ult. in fine Inst. de fideic. heredit.
 (e) SICHARD. ad Auth. Hoc inter C. de testam. num. 7. SALYCETUS ad eandem. RICHTER decis. 59. num. 21. STRYK de jure testandi inter liberos Cap. 5. num. 10. in fine & in Caut. Testam. Cap. X. §. 32.
 (f) Novella CVII. Cap. l. Auth. Quod sine C. de testam.

stamento ab alio exarato, nihilominus a testatore subscribente nomina liberorum propria significari debeant manu. Et quum subscriptio idem operetur, quod scriptura a testatore in totum peracta (g), veritas negativa in propatulo est.

§. XII.

Utrum per prateritio- nem libero- rum vitietur istius- modi testa- mentum.

Alia sed magis intricata sese offert quaestio, an scilicet testamentum inter liberos vitietur, si unus alterve filiorum silentio fuerit prateritus? Et quoniam solennitates intrinsecæ differunt ab extrinsecis, nec sine illis de feria atque certa testatoris voluntate constare potest, (§. IV. Cap. II.); heredis institutio, quum testamentum inde vim suam accipiat atque robur (h), ad solennitatem intrinsecam testamenti inter liberos pertinere, nullum est dubium (i). Quamobrem cum singulis liberis legitima tam de jure naturali, quam civili debeatur (k), consequenter nulla ratio legalis appareat, cur liberorum alii heredes nominari, alii vero silentio prateriti queant, patet, quod omnium liberorum nomina in testamento patris sint exprimenda, & si unus alterve silentio fuerit prateritus, testamentum reddi invalidum (l).

§. XIII.

(g) CARPZOV P. 3. C. 4. D. 18. num. 2.

(h) §. 34. Inst. de legat. leg. 1. §. 3. ff. de hered. instit.

(i) HEINECCIJ Elem. Jur. Civ. sec. Ordin. Pandect. Part. V. §. 18.

(k) L. 30. C. de inoff. testam. Novell. CXV. §. ceterum. GOMEZ ad §. fuerat num. 9. Inst. de action.

(l) Pr. Inst. de exhered. liber. l. 30. ff. de lib. & posth. hered. instit. l. 1. ff. de injust. rupt. testam. CARPZOV. P. 3. C. 4. D. 21. num. 1.

§. XIII.

Sed forsitan a nonnullis objicitur, posse nihilominus istiusmodi ultimam voluntatem sustineri in vim divisionis inter liberos simplicis (*m*). Concedo, sed quum testamentum inter liberos differat a divisione simplici (*n*), hac objectione non obstante, firmo statulo thesisa a nobis proposita atque demonstrata (§. XII.); notandumque præterea, non solum heredes in testamento non nominatos dici præteritos, sed & illos in horum censum referri, quibus alio, quam honorabili institutionis titulo, in istiusmodi testamento aliquid est relictum (*o*). *Objectis
removetur.*

§. XIV.

Quid autem juris sit, si filia ab hereditate paterna per statutum exclusa, vel ipsius de eadem solennis præcesserit renunciatio, non eadem est Doctorum sententia. Nobis in utroque casu distinguendum esse videtur, num exclusio & renunciatio simpliciter facta, an salva dote, quæ legitimæ loco esse solet? Quum enim, si exclusio & renunciatio simpliciter facta est, filia pro extranea habeatur persona, non item, si in salvo fuerit relicta dos (*p*), & propterea in computanda legitima inter liberos referatur, vel non referatur (*q*): hinc in casu, quo simpliciter facta est exclusio, vel renun- *Quid juris
circa fi-
liam re-
nuncian-
tem aut per
statutum
ab heredi-
tate pater-
na exclu-
sam.*

D 3

(*m*) CARPZOV. P. 3. C. 4. D. 22.(*n*) Novella XVIII. Cap. 7. §. hæc nos molestare. Novell. CVII. Cap. I.(*o*) JCI Marburgensēs Vol. 2. conf. 19. num. 22. MYSINGER decad. 12. responf. 5. num. 1.(*p*) Arg. l. 31. C. de inoffic. testam.(*q*) HILLIGER ad Donellum Lib. 19. Cap. 9. Lit. B.

ciatio, tuto prateriri potest in testamento inter liberos; minime vero, si dos in salvo fuerit posita (r).

§. XV.
An & quando nepotes tuto prateriri queant.
 Sed altioris indaginis esse videtur quaestio: utrum idem obtineat apud liberos filia, quam ab hereditate paterna statuta excludunt, vel qua hereditati paterna simpliciter renunciavit? At enim vero, resolutio adaequata fieri nequit, nisi iterum positiones duae a se invicem discernantur. Etenim filia renuncians aut ante patrem mortua est post se relinquens liberos, aut eundem supervixit. In casu posteriori, quum filia, quae vel solenniter renunciavit, vel a statuto exclusa est, tuto prateratur (§. XIV.); liberis vero, quamdiu ipsorum parens est in vivis, nihil juris competat in hereditate avi, dum a parentibus excluduntur (s), & propterea de quo conqueri possint, non habent (t): nullum est dubium, quin testamentum inter liberos subsistat, licet istiusmodi nepotes in eodem heredes scripti non fuerint. Tantum de quaestione juris, quid vero consilii? videre est apud SAM. STRYKIUM in Caute-
 lis testamentorum (v). Econtra in casu priori liberi, mortua ipsorum matre, avo adhuc vivente, jus consequuntur in ipsius hereditatem (x), quamobrem, cum
 renun-

(r) MEVIUS ad Jus Lubec. Part. 2. Tit. 2. Artic. 33. num. 128. ZOESIUS ad ff. de inoffic. testam. num. 89.

(s) STRYK de successione ab intestato Dissert. I. Cap. 2. §. 22.

(t) HARTM. PISTOR. Lib. 4. quaest. 6. num. 31. CARPZOV. P. 2. C. 35. D. 14.

(v) Cap. X. §. 4.

(x) Novell. CXVIII. Cap. I. ANT. FABER. Lib. 2. tit. 3. defin. 2. num. 3.

renunciatio a filia matre facta sit personalis, quæ per ipsius obitum evanuit (y), istiusmodi nepotes silentio præteritos vitare testamentum inter liberos, patet.

§. XVI.

In testamento inter liberos nuda quidem testatoris voluntas ultima attendi solet (z); interim tamen certa & seria esse, omnique fraude carere debet. Quoniam vero illa deficere, & hæc facile contingere potest, si vocum abbreviaturæ, aliæque insolitæ adhibeantur notæ (a), sapienter a Imperatore JUSTINIANO constitutum legimus, *uncias, in quibus scripsit eos heredes, que notas non signis numerorum significandas, sed per totas literas declarandas esse (b)*. Quæri itaque solet, an? & reddatur in quantum? per istiusmodi scribendi modum testamentum inter liberos vitietur, nec ne? Et certe generaliter aliter responderi nequit, quam testamentum patrum vitari, si notæ atque abbreviaturæ ita sunt comparatæ, ut fraudem præ se ferant, eamque in oculos quasi cadere faciant, vel testatoris voluntatem reddant dubiam atque incertam (c); idque eo magis cum MAXIMILIANUS Imperator in omni testamento idem nova corroborasset sanctione (d). Quod si vero notæ & vocum

(y) L. 1. ff. si mul. ventr. nom. in possess. l. 3. §. penult. ff. de iurejur. CARPZOV. P. 2. C. 33. D. 11.

(z) MEVIUS Part. I. decis. 2. num. 2.

(a) WESENB. Consil. 19. num. 14. JUL. CLARUS Lib. 3. quæst. 14. num. 3.

(b) Novella CVII. Cap. I.

(c) BERLICH. decis. 90. num. 6. NATTA ad Auth. Quod sine C. de testam. num. 38.

(d) In ordinat. Notar. de Anno 1512. §. 31. Item dje Notarien.

vocum abbreviationes fuerint claræ, intelligibiles, atque usitata, aliud asserendum esse, facile colligitur (e).

§. XVII.

Utrum in eodem distributione inter liberos debeat esse æqualitas.

An vero arbitrio parentum relictum sit, partes tam æquales, quam inæquales scribere in testamento inter liberos; de hoc nihil expresse disposuit JUSTINIANUS. Hinc thesis, uti fieri solet, non tantum in utramque partem ventilatur a Doctoribus, sed dantur quoque, qui mediam amplectendo sententiam, inæqualitatis rationem concedunt, si inæqualitas est modica: negant, si inæqualitas est magna, non explicantes nec determinantes, quid per magnam, quid per modicam intelligant inæqualitatem (f). Quod si vero perpendamus, in testamento solenni fieri posse institutionem in partes inæquales (g), testamentum inter liberos autem cum solenni eiusdem esse effectus (§. VIII. Cap. II.), tantumque abesse, ut circa hoc aliquid immutatum sit ab Imperatore, ut potius sancitum deprehendamus, hereditatem patris inter liberos in partes esse dividendam, & uncias, in quibus scripsit testator, exprimendas (h); nec non liberos, cum partibus, quæ sunt constitutæ, contentos esse debere (i); præter legitimam vero liberos a parentibus de jure nihil exigere posse (k): nul-

(e) MANZIUS de testam. valid. & invalid. Lib. 4. quæst. 1. §. 5. CARPZOV P. 3. C. 4. D. 4. num. 4.

(f) HARTM. PISTOR. Lib. I. quæst. I. num. 11. & SIM. VLR. PISTOR in Addit. Lit. N. HARPRECHT ad §. 3. & 4. Instit. de testam. ordin. num. 265.

(g) L. 8. in princ. C. de inoffic. testam.

(h) Auth. Quod sine C. de testam. Novella CVII. Cap. I.

(i) L. 10. C. fam. ercisc.

(k) JCU Marburgenses Vol. I. conf. 29. num. 39.

nullum superest dubium, quin accedamus castris affirmantium, quod liceat parentibus in testamento privilegiato tam partes æquales, quam inæquales pro lubitu constituere (1).

§. XVIII.

Et quoniam thesis præcedens se præ ceteris utilitate commendat, ipsius veritatem etiam per indirectum adstruere juvat. Ponamus, patrem quidem posse observare inæqualitatem modicam, non vero magnam? tunc portio inæqualis legitimam adæquat, vel minus? si prius, filius non habet, de quo conquerratur (m); aut querelam testamenti inofficiosi instituat (n); sin posterius, ad supplementum agere potest, nec hac actione instituta, testamentum paternum corrumpit, quin potius adæquata legitima validum subsistat (o). Ponamus præterea in testamento inter liberos ab æqualitatis ratione esse recedendum? tunc nihil refert, utrum istiusmodi ultimæ voluntatis dispositio fervetur nec ne, in utroque casu idem consequentes liberi, quod, dum principio rationis sufficientis atque legislatorum intentioni repugnat, manifestam sapit absurditatem. Cui accedit, quod non solum hoc testandi genus nec in liberorum, nec in parentum favorem introductum esse, adstrui queat, quum, æquali

E

par-

- (1) MYNSINGER Déc. 12. respons. 5. num. 7. MANTICA de conject. ult. volunt. Lib. 6. tit. 2. num. 12. GAILIUS Lib. 2. observ. 112. num. 23. CARPZOV Lib. 6. respons. 43. num. 11.
 (m) GAILIUS Lib. 2. observat. 116. num. 3.
 (n) L. 16. C. fam. ercisc.
 (o) L. 30. C. de inoffic. testam. VASQVIUS illustr. contr. 3. contr. 116. num. 41.

partium distributione servata, nihil aliud obtineatur, quam quod obtinetur, nullo prorsus condito testamento (*p*): ut taceam liberos non ad parentum voluntatem, sed parentes ad liberorum votum adstringendos esse. Quae quum legibus expressis, & analogiae juris repugnent (*q*), non possunt non per indirectum corroborare affirmativam §. precedente adstructam.

(*p*) L. 32. ff. fam. ercisc. l. 3. C. comm. utriusque jud. l. 21. C. fam. ercisc.

(*q*) L. 6. C. de legibus l. i. C. de SS. Eccles.

CAPUT IV.

DE JURE PARENTUM INTER LIBEROS
TESTANTIUM NUNCUPATIVE.

- | | |
|---|--|
| §. I. Testamentum inter liberos nuncupativum quid? | §. VI. Quando testamentum scriptum sustineatur in vim nuncupativi. |
| §. II. Utrum parentes valide possint testari nuncupative. | §. VII. Idem ulterius exponitur. |
| §. III. Quot in eodem requirantur testes. | §. VIII. Quot testes requirantur in testamento parentis caeci. |
| §. IV. An rogatio procedere & femina testari queat. | §. IX. Strykii opinio recensetur. |
| §. V. Utrum testes testatorem debeant audire & videre. | §. X. Atque refutatur. |

Parentes inter liberos testantur nuncupative, quando viva declarant voce, quomodo post fata ipsorum liberi in bona & jura, qua tempore mortis habuerunt, succedere debent (*a*).

Testamentum inter liberos nuncupativum quid?

§. II.

(*a*) L. 21. §. nostro ff. qui testam. fac. poss. l. 21. §. 2. l. 26. & 29. C. de testam. l. ult. C. de codicill.

§. II.

Supra jam ex rationibus generalioribus evictum *Urumparentes valentes* dedimus, quod parentes inter liberos testari possint *de possint testari nuncupative.* non tantum in scriptis, sed etiam nuncupative (§. VI. Cap. II.). Cui nunc præterea accedit, idem valere, quod verbis prolatum, quam quod scriptum est (b). Quare, dum leges de dispositione inter liberos loquentes non distinguunt inter testamentum scriptum atque nuncupativum (c), nec nostrum est distinguere (d). Quin potius, quum leges generaliter sint conceptæ, generaliter easdem interpretari, convenit (e): adeoque inconcussa stat thesis, quod parentes etiam nuncupative inter liberos privilegiato more testari queant (f), quidquid obmoveant Doctores contrarium statuentes (g).

§. III.

Licet autem hæc ita sint, quæri tamen solet, quot *Quot in eodem requirantur testes.* testes in istiusmodi testamento nuncupativo requirantur. Et quum testamentum inter liberos sit testamentum privilegiatum, atque a solennitatibus, quæ testamenta

E 2

menta

(b) L. 38. ff. de obligat. & action.

(c) L. 3. & ult. C. fam. ercisc. Auth. *Quod sine C. de testam. Novella CVII. Cap. I.*

(d) §. 3. Inst. de legit. agnat. tut. l. 2. §. 5. ff. de vi bon. rapt. l. 11. C. mandat.

(e) L. 1. §. initio ff. de offic. præfect. urbi. l. 3. ff. de offic. præsid. l. 8. ff. de publ. in rem act. l. 9. §. fin. ff. de jur. & fact. ignor. l. 1. §. 1. ff. de legat. præstand.

(f) COTHMANN Vol. I. respons. 3. num. 9.

(g) HARPRECHT ad §. 3. & 4. Inst. de testam. ordin. num. 121 - num. 125. ubi vide sis argumenta in contrarium prolata.

menta alias requirunt, liberatum (*b*): nunc vero in quolibet negotio nullas solennitates exigente, duo sufficiunt testes (*i*); nec plures in eodem testamento leges inculcant (*k*); totidemque in testamento ad pias causas, de quo ad testamentum inter liberos valet consequentia, licet non viceversa, requiruntur (*l*): tuto concludere datur, testes duos omni exceptione majores ad testamentum inter liberos nuncupativum sufficere (*m*).

§. IV.

*An rogatio
precedere
& femina
testari
queat.*

In testamento solenni testimonium foemina propterea recusabatur, quia olim testamenta in comitiis calatis condita fuerant, eisdem autem interesse, mulieres prohibebantur (*n*). Porro in Comitibus solennis pramitti solebat interrogatio, adhibita formula, velit, jubeatis Quirites? hancque ob causam testes a testatore solenniter disponente rogari oportebat (*o*). Quoniam vero in testamento inter liberos requisita eloquii solennis sunt remissa (*p*); ergo in propatulo est ratio,

(*b*) Arg. l. fin. C. fam. ercif. & Novell. CVII. Cap. I.

(*i*) L. 12. ff. de testibus. cap. 47. X de test. BERGER in Oeconom. Jur. Lib. 2. tit. 4. §. 3. not. 5. p. m. 348.

(*k*) L. 21. §. 1. & Auth. *Quod sine* C. de testam. Novella CVII. Cap. I.

(*l*) Cap. 10. & 11. X. de testam.

(*m*) Jcti Marburgenses Vol. I. conf. 20. num. 20. MÖDEST. PISTOR Part. I. illustr. quaest. 30. num. 2. & 3. GALLIUS Lib. 2. observat. 112. num. 4.

(*n*) CHRIST. THOMASII in not. ad Instit. de testam. ordin. pag. 178.

(*o*) HEINECCIUS in Elem. Jur. Civ. sec. ordin. Instit. §. 486. & §. 493. not. (*).

(*p*) Auth. *Quod sine* C. de testam. Novella CVII. Cap. I.

ratio, quod in dispositione parentum privilegiata, nec testes rogati, nec masculi esse debeant (*g*); consequenter tam una, quam utraque testis femina recte adhibeatur (*r*).

§. V.

Interim, quum nulla ultimæ voluntatis declaratio subsistere queat, nisi constet, eandem esse certam atque seriam (*s*); nunc vero testes, qui neque testatorem viderunt, neque loqui audiverunt, de utroque testari minime possunt; hinc testes, ut in testamento inter liberos nuncupativo & testatorem audiant, atque videant, necesse est. Quemadmodum econtra voluntas testatoris seria atque certa esse potest, licet a testibus ignoretur: ita testamentum sustinetur tanquam nuncupativum, si testator in præsentia duorum testium schedulam exhibeat clausam, seque ad illam referat, licet in eodem nec subscriptio adjecta, nec annus, mensis & dies expressus fuerit (*t*): modo constet, scripturam esse eandem, quam testator intelligere voluit (*v*).

Utrum testes testatorem debeant audire & videre.

E 3

§. VI.

- (*g*) BRUNNEMANN ad l. 24. ff. de milit. testam. GAIL. Lib. 2. observat. 112. num. 5.
 (*r*) GRASSUS recept. sentent. Vol. I. §. testam. quæst. 11. num. 5. CARDIN. TUSCH. Pract. Conclus. Lit. T. num. 11. conclus. 115. HARTM. PISTOR. Pract. Forens. Lib. 2. observ. 3. num. 12.
 (*s*) Novella CVII. in præfat.
 (*t*) Argum. l. 77. ff. de hered. instit. l. 38. ff. de condit. & demonstrat. HARTM. PISTOR. Lib. I. quæst. 1. num. 10. & quæst. 2. num. 10. & 11.
 (*v*) HARPRECHT ad §. 3. & 4. Inst. de testam. ordin. num. 241.

§. VI.

Quando testamentum scriptum suscipitur in vim nuncupativi.

Schedula patris sola liberorum subscriptione corroborata, minime valet ut testamentum inter liberos (x). Quod si tamen non constat, testatorem se adstringere voluisse ad formam testandi in scriptis, ultima ipsius voluntas subsistit ut dispositio nuncupativa (y); adeoque schedulam istiusmodi etiam in vim testamenti nuncupativi sustineri, ex §. precedente patet.

§. VII.

Idem ultimus exponitur.

Ex identitate rationis porro fluit, schedulam sine consule & die relictam, neque a patre scriptam, neque ab eodem subscriptam, si duo adhibiti fuerint testes, qui eandem sua corroboraverunt subscriptione, valere in vim testamenti nuncupativi (z).

§. VIII.

Quot testes requirantur in testamento parentis cæci.

Quoniam demonstravimus, patrem etiam nuncupative posse testari more privilegiato (§. II.); nec ullum est dubium, parenti cæco idem obsequium, eandemque a liberis deberi reverentiam, quæ debetur patri oculorum lumine haut privato; ergo tuto concludimus, patrem cæcum, licet in scriptis nequeat testari inter liberos, posse tamen nuncupative. Utrum vero duo, an tres requirantur testes, Doctores non conveniunt. Quoniam vero in testamento cæci solenni, majoris tantum securitatis atque solennitatis gratia, vel tabularius seu notarius, vel hoc deficiente octavus adhibe-

(x) STRYK de jure testandi inter liberos Cap. 3. num. 38. & 39.

(y) HARTM. PISTOR. Lib. I. quæst. 2. num. 10.

(z) MATTH. STEPHAN. ad Novell. CVII. num. 9.

hibetur testis (a); omnia vero requisita testamenti solennis in testamento inter liberos sunt remissa (b); legesque volunt, ut istiusmodi testamentum quavis sustineatur ratione (c); plus quam manifestum est, in testamento parentis cæci inter liberos nuncupative disponentis duos sufficere testes, nec opus esse, ut notarius seu tabularius, vel testis tertius adhibeatur (d).

§. IX.

Nec movent, quæ in contrarium afferuntur a consulti-
tissimo SAM. STRYKIO, „Uti se habet, inquit, testamen-
tum cæci solenne ad testamentum videntis solenne; pari-
modo testamentum paternum cæci ad testamentum vi-
dentis se habebit: ibi vero testis unicus ultra solitum
numerum adhibetur; ergo & hic. Porro proportiona-
liter in omni ultima voluntate, quæ de numero testium
(l. 8. C. qui testam. fac. poss.) disponuntur, observan-
da sunt, & verba *Ordin. Notar. de An. 1521.* id evin-
cunt, daß es nicht allein in einem Testament eines
Blinden, sondern auch in seinem Codicill, und
andern letzten Willen so solle gehalten werden. In-
super & in testamento paterno fraudes exulare debe-
bunt, quibus occurrendis omnino testis tertius, testa-
toris videndi defectum supplens, proderit (e).

§. X.

(a) L. 8. C. qui testam. fac. poss. MAXIMILIANI Imper.
ordinat. notar. de Anno 1512. Rubr. von Testamenten
§. aber zu eines Blinden.

(b) L. 21. §. 1. Auth. *Quod sine C.* de testam.

(c) GAIL. Lib. 2. observat. 112. num. 2. CARPZOV. Lib. 6.
respons. 43. num. 24.

(d) VASQU. illustr. controvers. 103. num. 11. & 12. a SAN-
DE decif. Frif. Lib. 4. tit. 1. def. 8. GILKEN ad l. 21. C.
de testam. num. 12.

(e) In tractatu de jure sensuum dissert. 2. cap. 3. num. 42.
num. 44. p. 116.

§. X.

*Aique re-
futatur.*

Dum enim ostendimus, solennitates extrinsecas in aliis elogiis necessarias parentibus inter liberos testantibus esse remissas (§. VIII.); consequenter testamenta solennia & minus solennia ratione formae a se invicem differre, licet quoad effectum conveniant (§. VIII. Cap. II.); hinc, quum a diversis non procedat illatio (*f*), argumentum a testamento solenni ad testamentum patris inter liberos minime stringit. Quidquid itaque de proportionem in omni ultima voluntate quoad numerum testamentum inculcatur (*citata l. 8. C. qui testam. fac. poss. & ordin. Notar. de Anno 1512.*), id ad codicillos, testamentum scriptum & nuncupativum solenne, non vero ad dispositionem parentum privilegiatam est trahendum, idque eo magis, quum testes in testamento solenni debeant expresse rogari, non vero in testamento inter liberos (*g*). Quare, quum ad evitandas fraudes in testamento cæci nuncupativo privilegiato duo testes tantum valeant, quantum tres, & major militet favor pro testamento parentum privilegiato, quam solenni, siquidem leges volunt, ut pro illo conservando atque tuendo non solum præsumatur, atque judicetur (*h*); sed etiam ut quavis sustineatur ratione (*i*): hinc argumenta STRYKIANA tanta non esse patet, ut statuendum sit, duos testes non sufficere, sed requiri tres in testamento cæci inter liberos nuncupativo.

(*f*) L. 25. ff. de testam. l. 10. C. de probat.

(*g*) GAIUS Lib. 2. observat. 112. num. 5. BRUNNEMANN ad l. 24. ff. de milit. testam. COTHMANN respons. 3. num. 11.

(*h*) L. 10. ff. de inoffic. testam. l. 12. ff. de reb. dub. l. 43. ff. de relig. l. 85. de R. J.

(*i*) Novella CVII. in præfat.

CAPUT V.

DE JURE PARENTUM INTER LIBEROS
DISPONENTIUM AB INTESTATO.

- §. I. *Quid dispositio inter liberos ab intestato.*
- §. II. *Quando parentes ita disponant.*
- §. III. *Quid parentibus inter liberos disponentibus observandum.*
- §. IV. *Quomodo codicillus & simplex inter liberos dispositio invicem differant.*
- §. V. *Dubium removetur.*
- §. VI. *Quando simplex divisio parentum subsistat.*
- §. VII. *An & quomodo manus testatoris si negatur probanda.*
- §. VIII. *Utrum legitima imminuta divisionem inter liberos simplicem vitiet.*
- §. IX. *An idem operetur inaequalis partium divisio.*
- §. X. *Num liberi in istiusmodi dispositione exheredari queant.*
- §. XI. *Utrum praeiudicium liberos in invalidam reddat simplicem divisionem.*
- §. XII. *An & quando testamentum inter liberos & codicillus tollatur per eandem.*
- §. XIII. *An clausula codicillaris expressa testamentum sustineat in vim simplicis divisionis.*
- §. XIV. *Num clausula codicillaris tacita idem operetur.*
- §. XV. *Quid prudentia suadeat hac in re.*
- §. XVI. *An & quatenus extranea persona aliquid relinquere possit in eadem.*
- §. XVII. *An & quatenus uxori pro causa & amico aliquid in eadem possit legari.*
- §. XVIII. *Utrum liberi eadem ratione possint disponere inter parentes.*
- §. XIX. *Cur non plura in eodem afferantur.*

§. I.

Parentes ab intestato inter liberos disponunt, quando, nullo condito testamento neque scripto, neque nuncupativo, quacunque ratione declarant, quomodo

Quid dispositio inter liberos ab intestato.

F

modo post mortem ipsorum liberi in bona & jura, quæ tempore mortis habuerunt, succedere debeant (a).

§. II.

Quando parentes ita disponant. Extra dubitationis aleam positum est, a parentibus tam codicillos condi, quam bona inter liberos simpliciter dividi posse (b). Quare, dum ab intestato moritur, qui vel nullum testamentum, vel non jure validum post se relinquit (c): parentes utroque modo ab intestato mori, plus quam manifestum est (§. I.).

§. III.

Quid parentibus inter liberos disponentibus observandum. In testamento patris privilegiato quadam solennitates extrinsecæ, æque ac intrinsecæ requiruntur; at: in dispositione simplici sola sufficiunt intrinsecæ (§. V. Cap. II.). Ex quo licet differentia utriusque generaliter satis manifeste pateat, Imperator tamen CONSTANTINUS in specie sanxerat: „sive cœptum, neque impletum testamentum, vel codicillus seu epistola parentis esse memoretur, sive quocunque alio modo scripturæ, quibuscunque verbis, vel iudiciis, inveniatur relictæ, judicio familiæ erciscundæ (licet ab intestato ad successionem liberi vocentur) servato S. C. auxilio, defuncti dispositio custodiatur, etiamsi solennitate legum hujusmodi dispositio fuerit destituta (d). Si modo subjiciatur huic scripturæ, vel

(a) L. 32. ff. & l. 10. 16. 21. 26. C. fam. ercisc. Novella XVIII. Cap. 7.

(b) HARTM. PISTOR. Lib. I. quæst. 2. in fine.

(c) STRYK de successionem ab intestato Differt. I. Cap. I. §. 20. 21.

(d) L. ult. C. fam. ercisc.

vel ipsius parentis, vel omnium inter quos fit partitio, liberorum subscriptio (e).“

§. IV.

Licet autem hæc ita se habeant, differt tamen *Quomodo* codicillus & simplex inter liberos dispositio. Quum *codicillus* enim a testamentis ad codicillos valeat consequentia (f): *& simplex inter liberos dispositio* ergo ea, quæ Capite III. & IV. de testamento inter liberos in medium fuere allata, ad codicillum paternum referendum esse, constat (g). Quamobrem dum *inter liberos dispositio* codicilli sunt vel scripti vel nuncupativi (h), nullum est dubium, quin in his duo sufficiant testes (§. III. Cap. IV.), etiamsi a parente cæco fuerint conditi (§. VIII. X. Cap. IV.); in illis vero si vel a testatore conscripti, vel subscripti, nulli prorsus requirantur testes; annus autem, mensis & dies, item unciarum numerus, liberorumque nomina, sine vitio omitti nequeant. Contra quum a testamento ad simplicem patris divisionem illatio non procedat (i), nec in hac observanda esse, quæ in testamento inter liberos observari deduximus, plusquam manifestum est.

§. V.

Sunt quidem Doctorum nonnulli, qui antea in *Dubium* medium allata (§. III.) correctæ esse contendunt per *removetur* legem 21. Codicis de testament. & huic subjunctam Auctur.

F 2

then-

- (e) Auth. *Si modo* C. ejusd. tit.
- (f) L. 6. §. 3. & l. 8. §. 2. ff. de codicill.
- (g) HARTM. PISTOR. Lib. I. quæst. 2. num. 20. & 22.
- (h) L. ult. §. ult. C. de codicill. & l. 13. C. de SS. Eccles.
- (i) L. 16. & l. fin. C. fam. ercisc. HARTM. PISTOR l. c. num. 27.

thenticam *Quod sine* etc. Dum autem inter se vere diversa sunt, dividere & testamentum condere (*k*), atque Imperatores THEODOSIUS & VALENTINUS, item JUSTINIANUS ea tantum correxerant per suas constitutiones, quæ testamentariam respiciunt dispositionem, non quæ pertinent ad divisionem inter liberos simplicem (*l*); adeoque satis abundanterque patet, leges citatas nullo argumentandi genere ad divisionem inter liberos trahi posse: in aprico certe positum est, *legem final. Cod. fam. ercisc.* in simplici parentum divisione, suum etiamnum obtinere vigorem.

§. VI.

*Quando
simplex di-
visio pa-
rentum
subsistat.*

Quæ cum ita sint, & divisio parentum simplex tam a codicillo, quam a testamento inter liberos differat (§. V. & §. I. II. Cap. II.), inferre nulli dubitamus, quin illa simplex bonorum divisio subsistat, etsi nec annus, mensis & dies adjectus, nec singulæ res, & uncia expressæ fuerint (*m*). Interim quum de serâ atque certa testatoris voluntate in omni ultimo elogio constare debeat, & hoc ad solennitatem internam pertineat, quæ & in simplici parentum dispositione non negligenda (§. V. Cap. II.): hinc patet, a parente vel propria manu eandem scribendam, vel ab alio exaratum subscribendam, vel subscriptionem ab omnibus liberis, inter quos divisio instituitur, faciendam, vel denique coram duobus testibus declarandam esse, schedulam, quam parens exhibet, suam in se continere ultimam voluntatem (*n*).

§. VII.

(*k*) HARTM. PISTOR. I. c.

(*l*) BRUNNEMANN ad leg. fin. C. fam. ercisc. num. 6.

(*m*) CARPZOV. P. 3. C. 4. D. 22. & 23.

(*n*) HARECHT & CARPZOV loc. cit.

§. VII.

Dum itaque ad dispositionem inter liberos simplicem sufficiat, ut a testatore sit exarata manu propria, licet nec consul, nec dies, nec testis fuerit additus (§. VI.): non inelegans, licet contorta quaestio sese exhibet, quomodo probetur, istiusmodi divisionem a parente ipso scriptam esse, dum a nonnullis liberorum in dubium vocatur, vel negatur. Et quoniam magnus est ultimæ voluntatis favor, maximus vero divisionis inter liberos, ita, ut in dubio, pro ipsius validitate non tantum præsumendum, sed etiam judicandum sit (o); hinc adstruere nulli dubitamus, veritatem scripturæ tam per testes, quam per institutam manus comparationem erui & certitudinem voluntatis ultimæ probari posse. Licet de modo probandi plura in medium afferre, scopi ratio non permittat (p).

An & quo modo manus testatoris si negatur probanda.

§. VIII.

Liberi legitimam non consequuntur ex iudicio & voluntate parentum, sed ex mera providentia & dispositione legis (q). Quare, cum eadem sine causa justa atque vera nec minui, nec adimi possit (r): hinc quoque in divisione parentum inter liberos fieri, prohibetur (s). Interim quia ultima voluntas inter liberos

Utrum legitima imminuta divisionem inter liberos simplicem vitiet.

F 3

- (o) L. 43. ff. de religiof. l. 10. ff. de inoffic. testam. l. 85. ff. de R. J. Jcti Marburgenses Vol. I. Conf. 11. num. 6.
 (p) HARPRECHT in Comment. ad §. 3. & 4. Inst. de testam. ordin. num. 159. STRYK de jure sensuum Dif. fert. I. Cap. I. num. 69 - num. 72.
 (q) GAIL. Lib. 2. observat. 112. num. 3.
 (r) L. 30. & 32. C. de inoffic. testam.
 (s) CARPZOV. P. 3. C. 4. D. 22.

ros quavis ratione sustinetur (*t*), & actio ad supple-
dam legitimam non est contra ultimas voluntates (*v*):
ergo divisio simplex parentis, per quam unius alterius-
ve liberorum legitima est imminuta, non vitatur, sed
salva eadem læsus ad supplementum agere tenetur.

§. IX.

*An idem
operetur
inaequalis
partium
divisio.*

Tantum abest, ut inæqualitas unciarum divisio-
nem inter liberos vitiet, ut potius subsistat, distribu-
tione partium quacunque ratione facta (*x*). Etenim
divisione facta inter liberos inæquali, legitima ipsorum
in salvo est, aut non est? Si hoc, ipsis competit actio ad
supplementum, consequenter non opus, ut tota impu-
gnetur divisio (§. VIII.): fin illud, liberi non ha-
bent, de quo conquerantur, quum parentes de bonis
ad legitimam usque pro lubitu disponere possint (*y*).
Quamobrem, dum hæc facultas parentibus inter libe-
ros disponentibus nec a CONSTANTINO, nec a JU-
STINIANO restricta, multo minus adempta est (*z*), di-
visioque istiusmodi prælegatorum vim habeat, quæ a
parentibus liberis relinqui posse, extra omnem dubita-
tionem positum est (*a*): ergo firmo stat talo veritas affir-

(*t*) L. fin. C. fam. ercisc. Novella CXVIII. Cap. 7.

(*v*) WESENB. ad Digesta de inoffic. testam. num. 83.
VASQ. illustr. controvers. 3. contin. 106. num. 41.

(*x*) PRUCKM. Vol. I. Conf. 34. num. 11. WESENB. conf.
56. num. 4. RICHTER ad Auth. *Quod sine* C. de testam.
num. 15.

(*y*) L. 8. C. de inoffic. testam. JCTi Marburgernes Vol. I.
conf. 29. num. 39. GAIL. Lib. 2. observat. 116. num. 3.

(*z*) L. fin. C. fam. ercisc. & Novell. XVIII. Cap. 7.

(*a*) GAIL. lib. 2. observat. 116. num. 2.

affirmativa, quidquid in contrarium afferant dissentientes (b).

§. X.

Divisio inter liberos est species successione ab intestato (§. II.), quamobrem cum exheredatio fieri nequeat nisi in testamento, ita, ut ne codicillus quidem ad eandem sufficiat (c); ergo vitatur divisio inter liberos, si in illa unus alterve eorundem fuerit exheredatus.

Num liberi in illiusmodi divisione exheredari queant.

§. XI.

Magis involuta est quæstio, utrum divisio parentum simplex subsistat, si unus alterve liberorum silentio fuerit præteritus. Cautius parentes facere concedo, si divisionem ita instituunt, ut quilibet ratam habeat partem: quoad quæstionem juris autem aliud afferendum esse, arbitror. Valet enim distributio inter liberos, quacunque ratione de serâ atque certa voluntate testatoris constat (d); nec officit, quod nomina liberorum sint exprimenda secundum *Auth. Quod sine C. de testam*, quum hæc correctio respiciat testamentum inter liberos, minime vero simplicem parentum divisionem (e). Quamobrem, quum ex hac divisione succedatur ab intestato (§. II.); consequenter dici non possit, parentes decedere partim testatos, partim intestatos: contra rata ejus, qui silentio præteritus est, determinari per partes nominatorum, atque investiti.

Utrum præteritio liberorum invalidam reddat simplicem divisionem.

(b) SIM. ULR. PISTOR ad Lib. I. quæst. I. HARTM. PISTOR. lit. N. & O. confer. supra demonstrata §. XVI. XVII. Cap. III.

(c) §. 2. Inst. de codicill.

(d) L. 16. & l. fin. C. fam. ercisc. Novella XVIII. cap. 7.

(e) HARTM. PISTOR. Lib. I. quæst. 2. num. 26.

vestigari queat, utrum legitimam adæquet nec ne? plus quam manifestum est, divisionem inter liberos subsistere, licet in eadem unus alterve silentio fuerit prateritus.

§. XII.

An & quando testamentum inter liberos & codicillus tollatur per eandem.

Quod testamentum inter liberos & codicillus privilegiatus per simplicem divisionem posteriorem non tollatur, expediti juris est (f). Econtra magis intricata videtur esse quaestio, an idem obtineat, si testamentum vel codicillus caret uno alterove requisitorum legalium? Et quoniam ultima voluntas in utroque casu corrui, vel sustinetur per tacitam clausulae codicillaris hypothesin (g), in priori casu, quum testamentum sit ipso jure nullum, subsistere divisionem simplicem patet per se. Porro quum in casu posteriori non valet tanquam testamentum, sed ut divisio simplex, qua posterior derogat priori, nullum quoque est dubium, quin ibidem succedatur ex divisione simplici, qua est posterior testamento inter liberos invalido.

§. XIII.

An clausula codicillaris expressa testamentum sustineat in vim simplicis divisionis.

Sed utrum clausula codicillaris, & qua illi aequipollet *omni meliori modo*, testamentum inter liberos invalidum sustineat in vim divisionis simplicis, Doctores non conveniunt. Quoniam vero testamentum invalidum est, vel propter deficientem testatoris voluntatem certam, vel propter omisas a legibus praescriptas solennitates, nullum est dubium, quin in casu priori, quoniam clausula codicillaris defectum voluntatis

(f) L. 16. C. fam. ercisc.

(g) CARPZOV. P. 3. C. 4. D. 22.

ratis testatoris supplere nequit (*b*); testamentum inter liberos in vim divisionis simplicis sustinendum non fit. Econtra quum temporis adjectio, titulus institutionis liberorum honorabilis, unciarumque determinatio ab Imperatoribus eum in finem fuerint introducta, ut de ultimis parentum voluntatibus eo clarius atque apertius constaret (*i*); consequenter inter solennitates externas referenda esse pateat (§. IV. Cap. II.); clausula codicillaris autem suppleat defectum quoad solennitates externas (*k*): ergo tuto inferre licet, istiusmodi testamentum propter solennitatis defectum invalidum, valere ut divisionem inter liberos ob adjectam clausulam codicillarem, eidemque æquipollentem *omni meliori modo* (*l*).

§. XIV.

An vero clausula codicillaris eidemque æquipollens *omni meliori modo* testamento inter liberos expressa non adjecta idem valere faciat tanquam divisionem parentum simplicem? altioris est indaginis. Interim quum jus Digestorum, per quod parentibus inter liberos privilegiata ratione disponere non erat integrum (§. X. Cap. I.), per jura Codicis & Novellarum ab Imperatoribus CONSTANTINO, THEODOSIO, VALENTINIANO & JUSTINIANO, ad simplicitatem

Num clausula codicillaris tacita idem operetur.

G

juris

- (*b*) MYSINGER Cent. 5. observ. 28. GAIL. Lib. 2. observ. 112. num. 14. DAUTH. ad l. 25. ff. qui testam. fac. poss.
 (*i*) Novella CVII. Cap. I.
 (*k*) PEREGRINUS de fideicommiss. Artic. 18. num. 8. BARBOSA de claus. 21. num. 40.
 (*l*) STRYKIUS de clausula codicillari num. 9.

juris naturæ & gentium fuisset redactum (*m*): secundum jus naturæ & gentium autem dispositio parentum tam valida habetur (*n*), quam validam esse voverunt divisionem parentum inter liberos Legislatores Romani (*o*); & præterea constat, testamentum parentum enixam ipsorum continere voluntatem quacunq; ratione conceptam post ipsorum obitum adimplendam (*p*): clausula vero codicillaris, eidemque æquipollens *omni meliori modo* ad idem tendat (*q*); nec non in ultimis voluntatibus tacitum idem operetur, quod expressum (*r*): analogiæ juris convenienter statuisse patet glossam, & qui eandem fecati sunt Doctores (*s*), testamentum inter liberos propter solennitatem invalidum, mediante clausula codicillari tacita, sustineri in vim divisionis simplicis, non curantes ea, quæ in contrarium afferri solent ab iis, qui thesina huic oppositam defendunt (*t*).

§. XV.

- (*m*) L. 16. & l. fin. C. fam. ercisc. l. 21. C. de testam. Novella XVIII. Cap. 7. & Novella CVII. Cap. 1.
 (*n*) GROTIUS de Jure B. & P. Lib. 2. Cap. 6. §. 14.
 (*o*) Legib. cit. num. (*m*).
 (*p*) SICHARD ad l. 21. C. de testam. num. 1. MENOCHIVS Lib. 4. præsumt. 7. MYNSINGER Lib. 5. observat. 28. num. 4. CHRISTINEVS Vol. 4. decif. 7. num. 1.
 (*q*) L. 29. §. 1. ff. qui testam. fac. poss. STRYK in cautel. testam. Cap. 23. §. 39. in medio.
 (*r*) L. 19. ff. de condit. & demonst. l. 33. ff. de auro & argent. legat.
 (*s*) HARTM. PISTOR. Lib. 4. quæst. 9. num. 19. MENOCHIVS Lib. 4. præsumt. 32. num. 16. CARPZOV. P. 3. C. 4. D. 22.
 (*t*) ANT. FABER de error. Pragmat. decad. 36. errore I. pag. 547. - pag. 551. STRYK in Caut. testam. cap. 23. §. 32.

§. XV.

Et hæc sunt, quæ pertinent ad quæstionem juris; ^{Quid pruden-} quoad quæstionem consilii autem facile convenimus ^{dentia sua} cum consultissimo SAM. STRYKIO monente, „regu- ^{deat hac} las prudentiæ a cauto testatore omnino exigere, ut si ^{inve.} enixam voluntatem conservandi testamentum suum ^{cc} fovet, hanc etiam voluntatem mediante clausula co- ^{cc} dicillari expresse & clare heredi instituto aperiat (v). ^{cc}

§. XVI.

Quoniam privilegiata parentum dispositio tan- ^{Ante qua-} tum pertinet ad liberos (§. I. & II. Cap. II.), liberi au- ^{tenus ex-} tem ab extraneis differunt, ita, ut in horum nume- ^{tranea per-} rum referantur, omnes, qui non sunt liberi, licet te- ^{sonæ ali-} statori sanguine sint juncti (x); hinc patet, parentes ^{quid relin-} privilegiata ratione disponere non posse, si personæ ^{qui possit} extraneæ sive titulo universali, sive particulari quid- ^{in eadem.} quam fuerit relictum. Quin potius, & quum intentio legislatorum & commune parentum votum sit, ut dispositio inter liberos quacunque ratione sustineatur, & bona ad eos deferantur (y); quæque in favorem liberorum introducta in ipsorum odium & ad consequentias trahi non debeant (z), ea quæ extraneæ personæ relicta sunt ipso jure concidere, & liberis accrescere, tuto concludimus (a).

G 2

§. XVII.

(v) In cautelis testament. l. c.

(x) Arg. l. 21. §. 1. C. de testam. CARPZOV. P. 3. C. 4.

D. 19. num. 5.

(y) L. 15. pr. ff. de inoffic. testam. l. 50. §. 2. in fin. ff. de bon. libert.

(z) Cap. *privilegium* de R. J. in 6.

(a) L. fin. C. fam. ercif. MATTH. STEPHANI ad Novell. CVII. num. 4. LUDWELL. de ult. volunt. P. 2. C. 3. reg. 3. GRATIAN. discept. forens. cap. 219. num. 24.

§. XVII.

*An & qua-
tenus uxo-
ri pia cau-
sa & ami-
co aliquid
in eadem
possit le-
gari.*

Sunt quidem nonnulli, qui defendunt, quidquid uxori, aut pia causa, vel amico in istiusmodi dispositione privilegiata relinquatur, subsistere, & a liberis præstari oportere (b): nos vero negativam adstruere, nulli dubitamus. Quum enim universalissima sit propositio in numerum liberorum referendum non esse, qui non est ex numero liberorum (§. XVI.): ergo de uxore, pia causa, & amico affirmari nequit, quod de liberis leges disponunt (c). Quare, cum huic accedat, quod non tantum Imperator CONSTANTINUS sanxerit, si vero in huiusmodi voluntate designatis liberis alia sit mixta persona, certum est, eam voluntatem, quantum ad illam duntaxat personam permixtam, pro nulla haberi (d): sed idem quoad testamentum inter liberos uberius confirmaverit Imperator JUSTINIANUS, si tamen, inquit, aut uxori aut extraneis personis aliquid voluerit relinquere legata, aut fideicommissa, aut libertates, & hæc propria scripta manu, dictaque a testatoribus coram testibus, quoniam omnia consequenter in dispositione posita ipsi & scripserunt, & volunt valere, sint firma (e): liquidissime constat, legatum uxori, pia causa & amico in dispositione vel testamento parentum privilegiato adscriptum non valere, nisi adhibiti fuerint testes duo omni exceptione majores (f).

§. XVIII.

(b) Argumenta, quæ pro affirmativa afferri solent, vide sis apud HARPRECHT ad §. 3. & 4. num. 234. Inst. de testam. ordin.

(c) Arg. L. 21. C. de testam. HARPRECHT l. c. num. 222.

(d) L. ult. C. fam. ercisc.

(e) Novella CVII. Cap. I.

(f) CARPZOV. P. 3. C. 4. D. 20.

§. XVIII.

Unicum est, quod discutiendum restat, scilicet *Utrum liberi eadem ratione possint disponere inter parentes.* an liberis idem competat privilegium inter parentes disponendi, quale parentibus inter liberos dividendis competere, evictum dedimus. Et licet non desint affirmativam defendentes, eorum tamen rationes leviores esse existimavit VASQUIUS JCrus Hispanus, quam ut easdem refutatione dignas reputasset (g). Quum enim privilegiatus inter liberos disponendi modus parentibus propter pietatem atque reverentiam ipsis a liberis debitam competat (h), hoc autem officiorum genus quoad liberos non reciprocetur, & propterea de testamento liberorum inter parentes altum sit silentium in legibus (i): plus quam manifestum est, liberos non posse privilegiata ratione disponere inter parentes (k).

§. XIX.

Plura hanc in rem addere, nec instituti ratio, nec dissertationis Academicæ limites permittunt; interim quo applicatio eorum, quæ hæcenus in medium allata fuere, ea magis oculos stringat, consultationem Ordinis Juridici nomine hac in materia nuper elaboratam, quæque ansam huic diquisitioni dedit, capite subsequente adjicere, convenit. *Cur non plura in medium afferantur.*

(g) In tractatu de successiõibus & ultimis voluntatibus Lib. 3. §. 21. Limit. 7. num. 61. HARPRECHT l. c. num. 100.

(h) STRYKIUS in cautel. testam. Cap. 10. §. 1.

(i) L. 21. C. de testam. Novella CVII.

(k) DAUTH ad l. 21. §. 21. & Auth. Quod sine C. de testam. HARTM. PISTOR. Lib. I. quæst. 1. num. 18.

CAPUT VI.

DE JURE PARENTUM INTER LIBEROS
DISPONENTIBUS EORUMQUE JURIBUS IN APPLICATIONE
AD CASUM IN TERMINIS.

*Sententia
confirma-
toria addi-
ta limita-
tione.*

In Appellations = Sachen angegebener Anwäl-
de J. M. K. und M. B. Z. zu G. Klägers
und Appellants an einem, entgegen ihre Mutter M.
M. K., und beyde jüngere Geschwister L. M., und
M. M. S. daselbst Beflage und Appellaten am an-
dern Theil, erkennen, ic. ic. nach gehabten Rath
der Rechts-Gelehrten für Recht, daß beyder Theile
Anwölde vor allen Dingen durch Vorlegung einer
richtigen Vollmacht ihre Personen gebührend zu le-
gitimiren verbunden. Hiernächst ist die eingewand-
te Appellation in ihren Formalien beständig, und
zu gebührender Rechtfertigung an uns erwachsen.
Der Materialien halber erscheinet aus den Acten,
und der Partheyen Einbringen allenthalben so viel,
daß in erster Instanz wohl gesprochen, jedoch mit
dieser Erklärung, daß Appellaten vor allen Dingen
das Actor. Num. 127. befindlichen juramentum ma-
nifestationis abzulegen pflichtig. B. R. W.

*Rationes
dubitandi.*

Ob es wohl das Ansehen gewinnen mögte, daß
1) auf die Legitimation der Anwölde in gegenwärti-
ger Rechts = Sache so genau nicht zu sehen, sondern
vielmehr solche als bekant von darum anzunehmen
wäre, weil die Producta in beeder Theile Nahmen
unterschrieben worden, sie auch vielfältig vor Ge-
richt persönlich erschienen sind; hiernächst 2) quoad
Formalia, es in allen um so mehr seine Richtigkeit
habe, weil Appellaten dagegen nichts eingewendet:
quoad

quoad Materialia aber 3) Appellanten sich gegen das am 14. Julii 1739. eröffnete, und Actor. Num. 47. befindliche Urtheil zu beschweren derohalber gegründete Ursachen hätten, weil das angegebene väterliche und mütterliche Testament nicht nur für gültig erkant, sondern auch letzteres, annoch bey der Mutter Lebzeiten gegen die wesentliche Eigenschaft der letzten Willens-Verordnungen, als welche erst durch den Tod dessen, der solche errichtet, ohnwiderrustlich bestätigt werden, als eine unveränderliche und beständig dauernde Disposition angenommen und bekräftiget worden; da doch 4) die Mutter über das zurückgelassene väterliche Vermögen zu disponiren, gar nicht befugt gewesen, angesehen dem Mann *tanquam capiti familiae*, nicht aber dem Eheweib der *aquastus conjugalis* gebühret, *maritus enim solus onera matrimonii fert, nec non tanquam caput & princeps familiae praecipuam operam pro re domestica impendit, uxor vero est saltem auxiliatrix,*

HEIGLIUS Lib. I. quaest. 30. num. 13.

MEVIUS ad Jus Lubec. Part. 2. Tit. 2. Art. 12. num. 102. p. 414.

nec magis aequitati est consentaneum, quam ut maritus, qui solus sustinet onera matrimonii, ejusdem commoda & bona eo constante acquisita, uxore exclusa, lucretur,

KIZELIUS in Synops. matrim. Cap. 7. Theor. 7. Lit. C.

Deme 5) ferner beytritt, daß erwehntes mütterliches Testament mit vielem Widerspruch angefüllet, mithin dadurch ebenfals seine Gültigkeit verlohren, *ubi enim repugnancia atque contradictio in testamento,*
vel

vel alio instrumento invenitur, neutrum ratum est, nec valet testamentum,

L. 188. ff. de R. J.

SICHARD. ad l. 14. C. de fide instrum. num. 1.

Das väterliche Testament aber 6) diese offenbare Mängel und Gebrechen habe, daß nicht nur der ältere Sohn J. M. R. darinnen ganz mit Stillschweigen übergangen worden, da doch bekanten Rechtens, quod in testamento patris omnes liberi honorabili institutionis titulo sint heredes scribendi,

Novella CVII. Cap. I. & CXV. Cap. 3.

HARPRECHT in Comment ad Inst. de testam. ordin.

§. 3. & 4. num. 259. & 259. p. 797.

HARTM. PISTOR. lib. I. quaest. 1. num. 12. p. 4.

& si silentio quidam praeteriti, inutile sit testamentum nullius que momenti,

pr. Inst. de exhered. liber.

l. 30. ff. de lib. & posth. hered. instit.

l. 1. ff. de injust. rupt. init. fact. testam.

sondern auch 7) im selbigen weder das Jahr und der Tag, da es errichtet worden, noch 8) wie viel jedes aus der väterlichen Verlassenschaft bekommen soll, angezeigt, da doch beedes so wesentliche Stücke sind, daß in deren Unterbleibung das väterliche Testament notwendig hinfällig wird,

l. 21. & Auth. *Quod sine C.* de testam.

Novella CVII. Cap. I.

STRYK in caut. testam. Cap. 10. §. 14. p. 406.

BERGER in Oecon. Jur. Lib. 2. tit. 4. §. 6. not. 3. num. 3. p. 357.

Hiernechst 9) dieses angebliche Testament, auch nicht als eine gerichtliche letzte Willens = Verordnung bestehen

siehen kan, angesehen dazu erforderlich ist, daß es entweder coram deputatione judiciali in hunc finem petita errichtet, oder dem Richter in Person überliefert werde, non enim valet testamentum, quod domi conscriptum & consignatum testator, per literas, nuncium, vel procuratorem actis publicis presentari & insinuari curavit, sed præcise ad testamenti validitatem requiritur, ut testator ipsemet in judicio & coram iudice compareat, ac testamentum suum apud acta deponi, ibique conservari petat,

HARTM. PISTOR. Lib. 3. quest. 28.

BERLICH. P. 3. C. 4. num. 28. & seqq.

CARPZOV. P. 3. C. 3. D. 23. n. 7. & 8.

solches aber bey dem angeblichen väterlichen Testament so wenig beobachtet worden, daß auch nicht einmal in dem Aufsatz enthalten ist, daß es coram actis insinuiret werden sollen. Solchemnach 10) das mütterliche Testament, weil es sich auf das väterliche beziehet, ebenfals ungültig gemachet wird, sublato enim uno correlatorum, & alterum sublatum censetur,

Arg. l. fin. ff. de acceptil. & l. 25. ff. de adim legat. Außerdem aber 11) Appellanten an ihrem Pflichttheil dadurch verkürzet worden, daß die beiden jüngere Geschwistere nicht nur vieles in dem väterlichen Testament zum voraus bekommen, sondern die Mutter auch mit dem sämtlichen Vermögen des Vaters nach dessen Tod zu derselben Vortheil geschaltet und gewaltet, ohne ein zu recht beständiges Inventarium, oder eine eydliche Specification dieserhalben auszuantworten, da doch die Mutter hievon nicht befreyet ist, wie solches weitläufig ausführhet,

CARPZOV Lib. 6. Respon. 69. num. 7.

H

MEVINS

MEVIUS Part. VI. dec. 32. & 180.

auch nicht einmal in dem Fall, wann ihr solches in dem väterlichen Testament besonders nachgelassen worden,

PEREGRIN. de Fideicommiss. Artic. XI. num. 75.

PRUCHM. Vol. I. Conf. 48. num. 34.

*Rationes
decidendi.*

Dennoch aber und die weil 1) die Bevollmächtigung der Anwâlde ein so wesentliches Stück des Processus ist, daß in dessen Unterbleibung der ganze Process hinfällig und nichtig werden kan, quum in mandato judicium substantietur,

ZANGER de except. Part. 2. Cap. 8. num. 2. & 3.

FELIN. in cap. 30. X. de sentent. & re judic. num. 40. mithin der Richter solchen Mangel ex officio zu ersehen verbunden ist,

l. un. C. ut quæ defunt advoc. part.

VANT. de nullitat. in rubro. inhabilitatis, seu mandati num. 63. & 64. pag. 366. 367.

ZANGER de except. Part. 2. Cap. 8. num. 36.

und wenn schon 2) die Formalien der Appellation in allem salvirt zu seyn scheinen, dennoch der Materialien halber in billige Betrachtung zu ziehen, daß 3) nicht nur das väterliche, sondern auch das mütterliche Testament durch beeder Eltern Absterben bekräftiget worden; hiernächst 4) in dem Fall, wenn das Eheweib in offenen Gramladen sitzet, oder auf die Märkte ziehet, dergleichen von M. M. R., besonders bey der zwanzigjährigen anhaltenden Engbrüstigkeit ihres Mannes geschehen, Rechtsens ist, daß beeder Eheleithe Vermögen gemein Gut sey,

HEESER de acquæst. conjug. Part. 2. Loc. 7. num. 16.

add. l. 7. l. 13. ff. & l. 2. 3. C. pro socio.

& ita passim in Germania consuetudine, vel statuto receptum esse, docet,

GAIL.

GAIL. Lib. 2. Obs. 90. num. 5.

Dannhero 5) das mütterliche Testament um so weniger mit Bestand angefochten werden mag, weil der angebliche Widerspruch von Appellanten weder bescheiniget, noch erwiesen; anbey nur allein dasjenige einen errichteten letzten Willen zernichtet, quæ impedit, quominus mens testatoris intelligi possit,

l. 2. ff. de his, quæ pro non script. hab.

SCHOEFFER ad tit. ff. de reb. dub. num. 124.

hiernächst 6) die sämtliche vier Kinder titulo institutionis honorabili benennet, und alle Erfordernisse und Formalien, die zu einem gerichtlichen Testament der Eltern erforderlich sind, beobachtet, zugleich aber auch der väterliche letzte Wille bestätigt, und ausser dem darinnen über mehr nicht, dann 125. fl. namentlich der ältern Tochter M. B. T. 50. fl. und derselben beiden Kindern eben so viel, des ältern Sohns J. M. K. Tochter M. B. aber 25. fl. verschaffet worden,

Actor. Num. 8.

Mithin 7) um so weniger ausser Acht zu lassen, je offenkbarer es ist, daß in einer von dem Vater, oder Mutter errichteten letzten Willens-Verordnung nicht auf die sonst erforderliche Formalitäten, sondern vielmehr darauf gesehen wird, ob daraus gewiß erhelle, wie sie es unter ihren Kindern, nach ihrem zeitlichen Absterben gehalten wissen wollen,

l. ult. C. fam. hercisc.

STEPHANUS ad Novell. CVII. num. 1.

STRYK in Caut. Testam. Cap. X. §. 1.

und daher zu einem väterlichen unter den Kindern errichteten Testament weiter nichts erfordert wird, denn daß sämtliche Kinder zum Erben eingesetzt, die unter

unter selbigen gemachte Vertheilung ordentlich angezeigt, und wenn solches geschehen, der Tag und das Jahr angedeutet werde,

l. 21. §. ex imperfecto & seq. Auth. quod sine C. de testam.

Nov. CVII. Cap. I.

HARTM. PIST. Lib. I. quaest. 1.

CARPZOV. P. 3. C. 4. D. 7. n. 8. & seqq.

woserne aber ein oder das andere von angezeigten Erfordernissen, oder sämtliche insgesamt mangeln sollten, ein solches unter Kindern errichtetes Testament durch die stillschweigend darunter verstandene clausulam codicillarem, vel omni meliori modo, als eine bloße Vertheilung der väterlichen, oder mütterlichen Güter angesehen und beobachtet wird,

ANT. FABER in Cod. Lib. 6. tit. 5. def. 7. num. 4.

HARTM. PIST. Lib. I. quaest. 2. in fine.

MENOCH. de praesumpt. Lib. 4. praef. 31. num. 16.

von Berger in Oecon. Jur. Lib. 2. tit. 4. §. 6. n. 8. Thut dannhero s) zur Sache nichts, daß der ältere Sohn J. M. K. nicht in der väterlichen letzten Willens-Verordnung titulo institutionis honorabili nicht beneficiet, sondern vielmehr ganz mit Stillschweigen übergangen worden, cum pertineat denominatio honorabilis tantum ad testamenta, quorum substantia habetur in heredis institutione,

l. 1. §. 34. Inst. de legatis in pr. ff. de hered. instit.

l. 10. & ult. ff. de jure codic.

l. ff. de injust. rupt. irrit. fut. testam.

Novell. 115. Cap. 3.

dahingegen in der divisione bonorum simplici, in qua succeditur ab intestato, darauf nicht zu attendiren,

CARPZOV.

disponentib. eorumq. jurib. in applicatione &c. 61

CARPZOV. P. 3. C. 4. D. 22. num. 4.

HORN. Class. 7. Respons. 32. p. 414.

VON LYNCKER in Decis. Jenens. Cent. 14. decis.
1373. p. 378.

VON BERGER Part. I. Respons. 188. pag. 315.

noch weniger 9) im Weg stehen mag, daß der Vater
P. M. R. bey seiner errichteten Disposition, den Tag,
Monat und Jahr ingleichen wie das sämtliche Ver-
mögen unter seine Kinder vertheilet werden soll, an-
zuzeigen, unterlassen, quum divisio inter liberos sub-
sistat, licet nec tempus adjectum, nec nunciarum nu-
merus expressus sit,

l. ult. C. famil. ercisc.

HARPRECHT ad Instit. de testam. ordin. pag. 783.
num. 208.

SCHILT. Exercit. 38. thes. 122. & 131.

& divisio paterna inter liberos non annulletur ex eo,
quod de omnibus simul ac universis bonis paternis fa-
cta haut fuerit,

CARPZ. P. 3. C. 4. D. 23.

ohne 10) zu gedenecken, daß weilen bey einem solemnen
Testament die Benennung der Zeit nicht erforderlich,

SICHARD. ad Auth. *Quod sine* C. de testam. n. 5.
solche bey der väterlichen Disposition unter Kindern
nur allein von darum eingeführet worden, damit
man, wenn mehrere dergleichen letzte Willens-Ver-
ordnungen vorhanden, wissen könne, welche die erste-
re, und welche die letztere seye,

l. 30. ff. de testam.

CARDIN. de LUCA Theatr. ver. & just. tract. de
testam. disc. 79. num. 5.

CARPZOV. P. 3. C. 4. D. 11. num. 11.

H 3

die

dieses aber, in gegenwärtigem Fall, wo nur eine einzige dergleichen Disposition vorhanden ist, hinwegfällt, und noch ferner 11) sowol aus der Zeugen Aussage ad Artic. XIII. Actor. Num. 90. als aus der gerichtlichen Confirmation Actor. Num. 7. der Tag und das Jahr von gegenwärtiger väterlicher letzter Willens-Verordnung sich deutlich veroffenbaret, quod si autem de tempore constat, per æquipollens, ex quo concludere licet, quo tempore sit conditum, nullum est dubium, quin valeat testamentum,

RICHTER decis. 29. num. 19.

Nec quidquam refert, quomodo tempus sit certum, dummodo sit certum,

GRATIAN. in decept. Forens. Tom. 2. cap. 235. num. 7.

deme 12) beytritt, daß mehr erwähnte väterliche Disposition von zweyen Zeugen J. M. S., und J. M. D. unterschrieben, und solches von ihnen nach der Hand endlich erhärter worden,

Actor Num. 90. Artic. XIII. & XIV.

folgendes nicht nur alle Muthmassung eines unterge-
laufenen Betrugs hinwegfällt; sondern selbige auch als eine dispositio inter liberos nuncupativa gelten kan,

HARTM. PISTOR. Lib. I. quaest. 1. num. 1.

PANSCHMANN Part. I. quaest. 1. num. 24.

FACHIN. de contro. jur. Lib. 4. contro. 2.

Solcheinmach 13) die gewisse und ernstliche letzte Willens- Meinung des verstorbenen L. M. K. als das einzige wesentliche Stück der unter Kindern von den Eltern errichteten Disposition, um so ungezweifelter an den Tag lieget, als solche in dem mütterlichen Testament ausdrücklich wiederholet, und bey-

des

des durch den Tod bestätigt werden: Folgendes 14) bey solchen fürwaltenden Umständen überflüssig ist, zu untersuchen, ob diese letzte Willens-Verordnung, als ein gerichtliches Testament gelten könne,

LEYSER. *Medit. ad ff. Specim. 355. medit. V. pag. 612.*

& 613.

Mithin 15) die beyden ältere Kinder darüber, daß den jüngern ein mehreres in dem väterlichen und mütterlichen Testament zu gedacht worden, sich zu beschweren, ganz keine gegründete Ursache haben, est enim hoc jus parentum, ut, dum liberos habent, ad legitimam usque libera sit ipsis de bonis dispositio,

l. 8. & 30. C. de inoffic. testam.

& hæc potestas eadem est in testamento parentum, quæ in solenni,

BRUNNEMANN ad Auth. *Quod sine C. de testam.*

MEVIUS Part. 9. decif. I. num. 8.

rantum, si quid legitima minus liberorum alicui datum fuerit, huic jus est ad petendum supplementum legitimæ,

l. 30. C. de inoff. testam.

qua vero actione non rescinditur testamentum, sed conservatur, quippe actio ad supplementum non est contra testamentum, sed ex testamento,

VASQU. *illuſtr. Controv. 3, contr. 106. num. 41.*

WESENB. ad ff. de inoffic. testam. num. 83.

Wozu 15) kommet, daß, ob Appellanten an der Legitima durch die väterliche oder mütterliche Disposition verkürzt worden, ex rotulo testium nicht erhellet: indem, daß das R. Haus 1200 fl. werth sey, noch daß es so viel gelten sollte, oder Appellanten so viel darauf geboten, die Zeugen nicht ausgesaget haben,

Aktor. Num. 90. Artic. Prob. 1. & 2.

gleiche Beschaffenheit es auch mit den übrigen zur Haupt-Sache dienenden Articuln hat, welche aber insbesondere zu berühren deßhalb nicht nöthig, weil, wenn auch der Voraus der beyden jüngsten Kinder, wie Appellanten angegeben, sich auf 1000 fl. erstrecke, dennoch diese, und die in dem mütterlichen Inventario Actor. Num. 130. enthaltene Summa also beschaffen, daß

App.

Appellanten an ihrem Pflicht- Theil nicht verkürzet zu seyn schei-
nen. Ja wenn gleich 17) der Appellanten weiteres Anbringen
Actor. Num. 126. gegründet, dennoch sowohl die mütterliche, als
väterliche letzte Willens-Verordnung in seiner Gültigkeit ver-
bleibet, sie aber weiter nichts, dann Supplementum legitimæ
fordern können, hac autem actione testamentum paternum
minime rescinditur, sed conservatur, ita, ut si læsio sit enor-
mis, haut tamen testamentum declarandum nullum, sed eo
res dirigenda, ut læsus, quod legitimæ deest, recipiat,

MEVIUS Part. 9. decif. 1.

VASQU. & WESENBECK. aerea citatis locis.

Weil nun aber 18) in Ansehung des Pflicht- Theils ehender mit
Bestand nichts entschieden werden kan, bis ein ordentliches In-
ventarium, oder eydliche Specification vorhanden, solche aber
von der Mutter bey ihren Lebzeiten nicht ausgeantwortet wor-
den; gleichwol von allen, denen daran gelegen, mit Bestand
gefoderet werden kan,

l. 15. ff. de reb. auct. judic. possid.

MEVIUS de jurata specif. cap. 1. §. 6.

nec non si substantia a defuncto relicta minus completa ap-
pareat, aliæque probationes deficiant, juramentum super
defectibus demonstratis deferri potest,

l. fin. §. 10. C. de jure delib.

NÆVIUS de juram. P. 3. C. 3. §. 3.

mithin Appellaten sich des abzulegenden Eröfnungs- Eydes nicht
entbrechen mögen. Endlich 19) die Entscheidung gegenwärtiger
Rechts- Sache nicht nur größten Theils auf einen Rechts- Sag
beruhet, sondern auch von Appellaten angezeigter massen der Er-
öfnungs- Eyd abgeleget werden muß, überdiß die Sache leiblich
die Geschwister betrifft, und deswegen die Kosten billig stillschwei-
gend gegen einander aufzuheben: so ist, wie im Urtheil
enthalten, erkant. B. R. B.



Barburg Diss., 1744

52


↓

ULB Halle
004 989 023

3







22

Pr. 50. num. 6. 27. 22 37
9
17447

DISSERTATIO JURIDICA
DE
PARENTIBUS
INTER
LIBEROS DISPONENTIBUS
EORUMQUE JURIBUS

P. 288.

QUAM
SUB AUSPICIIS
RECTORIS ACADEMIÆ MAGNIFICENTISSIMI
SERENISSIMI ATQUE CELSISSIMI PRINCIPIS
AC DOMINI

DOMINI FRIDERICI
HASSIARUM LANDGRAVII RELIQ.

PRO LOCO
ACADEMIÆ PROCERUM EXAMINI
SUBMITTIT

JOANN. CAROLUS KØENIG

DOCTOR ET PROFESSOR PUPPICUS ORDINARIUS

RESPONDENTE

JOANNE JACOBO ROMERSHAUSEN

HASSO - CASSELLANO

D. V. MARTII A. S. R. MDCCXLIV.



MARBURGI CATTORUM

TYPIS PHIL. CASIMIRI MULLERI ACAD. TYPOGR.